¶ Generis aũt qđ est sumptũ ex eo qđ ɔtinetur tres sũt spẽs. Plenus ⁊ ipse est qui sentit̃ sicut si in eius foramine esset humor implẽs de quo sollicitandum est vt pure euacuet̃. ⁊ vacuus ei contrarius: ⁊ inter eos mediocris.

¶ Hic determinat de spẽbus quinti generis dicens: ꝙ in hoc genere qđ sumit̃ a dispositione eius qđ ɔtinet̃ in arteria sunt tres species. s. plenus: vacuus: ⁊ mediocris. Plenus est ille qui sentit̃ ac si in foramine. i. in ɔcauitate esset humor replens. ¶ Et de hoc humore sollicitandũ est vt pure euacuet̃. Uacuus aũt est ei ɔtrarius: ⁊ medi⁹ est ĩter eos. Ubi nota ꝙ in arteria qñ dilatat̃ qñqʒ apparet esse ad tactũ plenitudo rei humoralis: q2 in ea cõprehendit̃ m'lta res grossa. Et qñqʒ apparet plenitudo rei aeree cognoscit̃ differentia ista tactu: sicut vesica plena aere ⁊ plena aqua discernunt̃: lʒ igit̃ nõ det̃ vacuũ veri: sʒ semper pulsus ⁊ arteria sit plena: tñ nõ semꝑ est plena corꝑe sensibili in eo ad modũ humoris. Et de hac plenitudine loquit̃ Auic. ⁊ de vacuitate opposita. ¶ Nota 2° ꝙ hec plenitudo dʒ euãri pure. i. ita vt purificet̃ arteria a tali plenitudie: q2 repletio in arterijs est deterior ꝑꝑ caloris fortitudinẽ: ⁊ est ꝑiculuʒ suffocationis: dʒ etiã cito euãri ꝑꝑ ꝑiculũ: ⁊ iđ sollicitãdũ est de eo vt pure euacuetur.

¶ Et gñis qđẽ qđ ex suo tactu sumptuʒ est tres sũt species. calidus: frigidus: ⁊ tẽperatus.

¶ Exemplificat de speciebus sexti generis dicens ꝙ in h genere sunt tres species. scilicet calidus: frigidus: ⁊ mediocris. Et hi sunt noti.

¶ Gñis ꝟo qđ est sumptũ ex tẽpore q̃etis spẽs sũt tres. Frequẽs ⁊ ipse est in quo tẽpus sensatũ qđ existit ĩter duas ꝑcussiones est breue: qđ etiam vocat̃ ɔñs ⁊ spissus. ⁊ ei ɔtrarius rarus qui etiã dicit̃ laxus ⁊ resolutus. ⁊ inter eos mediocris: ⁊ hoc q̃dem tẽpus est ꝫm ꝙ ex systole cognoscit̃. Si ꝟo systole nullo modo cognita fuerit erit tẽpus qđ inter oẽs duas diastoles cõtinuatur. ⁊ si ipsa cognita fuerit erit ꝫm duo tẽpora duorum extremorum.

¶ Determinat de 7° genere dicẽs. In genere sumpto ex tẽpore cuiusqʒ quietis sunt tres spẽs. s. frequẽs: ⁊ est ille in quo tẽpus sensatũ ĩter duos motus est breue: ⁊ hic vocat̃ etiã spissus: ⁊ ei ɔ̃trius qui vocatur lassus ⁊ resolutus ⁊ mediocris. Dicit 2° ꝙ hoc tẽpus sensatũ ĩter duos mot⁹ est duob⁹ modis diuersum apud tangẽtẽ ꝫm ꝙ tangens ꝑcipit systolẽ aut nõ ꝑcipit. Nã ĩ eo qui nõ ꝑcipit systolẽ totũ tẽpus est inter vnam ꝑcussionẽ ⁊ reliquã siue inter duas diastoles: ita ꝙ si hoc tẽpus est magnum pulsus est rarus apud nõ ꝑcipiẽtẽ systolẽ: ⁊ si tempus est paruũ pulsus est spissus. Si aũt quis cognouerit systolem: tunc pulsus dicit̃ spissus aut rarus ꝫm duo tẽpora duaꝝ quietum in pulsu perceptaꝝ. ¶ Nota igit̃ pro grossis medicis differentiã inter pulsum velocẽ ⁊ spissum. Nã pulsus dicit̃ velox rõne paruitatis tẽporis in quo est motus: ⁊ dicitur spissus rõne paruitatis tẽporis quietis. nã formicã tarde ambulantẽ ad locũ: ⁊ ab illo cito recedentẽ dicimus frequẽter redire. Sed hirundineʒ velociter volantẽ ⁊ multũ in nido quiescentem dicimus raro redire. ¶ Et tu ex isto potes ostẽdere ꝙ possibile est vnum pulsuʒ esse alio multũ frequentiorẽ: ⁊ tamẽ in eodẽ tẽpore multum paucioribus vicibus pulsantẽ. Ubi nõ obstãte paruitate tẽpoꝝ quietis tẽpora motus sunt multũ maiora. ¶ Nota 2° ꝙ nõ incõuenit vnũ in eundẽ pulsum apud vnũ tangentem esse raꝝ: ⁊ apud aliũ esse frequẽtẽ. vbi. n. totũ tẽpus ĩter duas systoles sit maius tẽperato per. a. sed tẽpus

ſyſtolis ſit maiꝰ ſyſtole medioeri plus ꝙ̃ ꝑ.a.verificatur ꝯclo de duobꝰ:quoꝝ vnꝰ ꝑcipiat ſyſtolē:aliꝰ nō ꝑcipiat.

¶ Genꝰ ꝟo qd̄ eſt ſumptū ex eq̄litate ⁊ diuerſitate eſt aut eq̄le aut diuerſuȝ.ſ.ineq̄le: ⁊ h̄ qdē eſt ꝑ cōparationeȝ ſilr̄itudis:aut diſſimilitudis pulſuū:aut ꝑtiū vniꝰ pulſus:aut vniꝰ ꝑtis pulſus in quinque rebus:magnitudine ⁊ paruitate: aut fortitudie ⁊ debilitate: ⁊ velocitate ⁊ tarditate:ſpiſſitudine aut raritate:duritie ⁊ mollitie: donec ꝯtingit ꝙ vnus pulſus eſt poſtremꝰ ſue diaſtoles citiꝰ ꝓpter vehemētē calorē:aut debilioꝛ ꝓpter debilitatem. Oꝛ ſi volueris dilatabis ſermonē ⁊ cōſiderabis in eq̄litate ⁊ diuerſitate in tribus gn̄ibus p̄dictis alias ꝑtes.ſed ꝯſiderationum fortitudo ad iſtas reducta eſt. Pulſus ꝟo eq̄lis abſolute eſt ille qui in oībus eſt eq̄lis qui ſi in aliquo eoꝝ ſolo fuerit eq̄lis eo ſolo dicet̄ eq̄lis:ſicut ſi diceremus eq̄lē in virtute:aut eq̄lē in velocitate: ⁊ ſilr̄ diuerſus eſt ille qui nō eſt equalis:aut abſolute : aut in aliqua re.

¶ Nūc notificat octaui gn̄is ſpēs.Et dicit quatuoꝛ. Primū eſt ꝙ in h̄ gn̄e ſunt due ſpēs p̄me.ſ.eq̄lis ⁊ diuerſus. ¶ Dicit 2° ꝙ illa eq̄litas vel diuerſitas eſt ꝑ cōparationē ſilr̄itudinis ⁊ diſſimilitudinis:aut pluriū pulſuū adinuicē:aut pluriū ꝑtiū vniꝰ pulſus:aut vniꝰ ꝑtis vnius pulſus.Et h̄ in.5.rebꝰ.ſ.aut in magnitudine ⁊ ꝑuitate:aut in fortitudine ⁊ debilitate:aut in velocitate ⁊ tarditate:aut in frequētia ⁊ raritate:aut duritie ⁊ mollitie. Et h̄ qd̄ dr̄ ꝯſideraṫ cōparatio ſilr̄itudinis in vna ꝑte vnius pulſus:⁊ ideo qꝛ iſta ꝯſideranṫ donec ꝑueniaṫ ad cognoſcēduȝ ꝙ ꝯtingit ꝙ vniꝰ pulſus ⁊ vniꝰ ꝑtis eiuſdē eſt extremū ſue diaſtoles citiꝰ ꝓpter vehemēteȝ neceſſitatē:aut debilius ꝓpter ſubꝑueniētē debilitatē. ¶ Dicit 3° ꝙ ſi tu volueris dilatabis ſermonē ⁊ ꝯſiderabis in eq̄litate ⁊ diuerſitate in illis tribus gn̄ibus dictis alias ꝑtes. Sed tn̄ fortitudo ꝯſiderationū ad iſtas reducit̄. ¶ Dicit 4° ꝙ pulſus eq̄lis abſolute eſt ille qui in oībus p̄dictis eſt eq̄lis. Et ſi in aliquo iſtoꝝ fuerit eq̄lis ſolūmō:tūc in eo ſolūmō dicet̄ eq̄lis:vt ſi diceremus eq̄lē in v̄tute:aut eq̄lē in velocitate.Et ſilr̄ diuerſus pulſus eſt qui nō eſt eq̄lis aut abſolute aut in aliq̄ re. ¶ Circa p̄m attēde ꝙ in reſpectu eq̄litatis nō ponunṫ in pulſu duo extrema diuerſaꝝ denoīationū:ſed vnū.ſ.diuerſitas ſimplr̄:ſemꝑ.n.diuerſitas in ſuſcipiēte diſpōnē magis ⁊ minus eſt per hoc ꝙ in vno eſt plus:⁊ in alio eſt minus:⁊ ideo in oī ineq̄litate eſt plus ⁊ minus. ¶ Nō circa vnū dictum ꝙ pulſus dr̄ diuerſus ⁊ eq̄lis per cōparationē alioꝝ in pulſu iuētoꝝ.⁊ h̄ tribꝰ modis:vnus cōparādo vnū pulſuȝ alteri pulſui. 2° cōparando diuerſas ꝑtes eiuſdē pulſus adiuicē.3° cōparādo vnā ꝑtē vniꝰ pulſus ſibiipſi quo ad diuerſa in ea. Exēplū primi.ſicut ſi cōparemus diaſtolē vnā alteri diaſtoli.Exemplū ſcd̄i.ſicut ſi cōparemus ꝑtē vniꝰ diaſtolis que correſpōdet vni digito alteri parti que corr̄ndet alteri digito. Exēplū tertij.ſicut ſi cōparemus vnā ꝑtem diaſtolis ſub vno digito ſibimet quo ad p̄n ⁊ finē. Ea igiṫ que cōparanṫ in pulſus eq̄litate vel diuerſitate : aut ſunt diuerſi motus:aut diuerſe ꝑtes eiuſdē pulſus corr̄ndētes diuerſis digitis:aut vna ꝑs vniꝰ pulſus:ſȝ ſm̄ diuerſa eiꝰ tēpora.Ex qbꝰ collige ſimul etiā cū his que dn̄r īfra in caplo ſequēti:ꝙ nō denoiaṫ pulſus diuerſus ex cōparatione ſyſtolis ad diaſtolē:vel tēpoꝛis quietis ad tēpus motꝰ : vel tēpoꝝ quietis adinuicē. ¶ Nota 2° circa h̄ ꝙ illa in quibꝰ hec cōparanṫ dicēdo pulſuȝ eq̄lē vel diuerſuȝ ſūt ſpēs q̄nque geneꝝ noīatoꝝ ī textu:lȝ in alijs ēt poſſint cōparari vt īfra diceṫ. ¶ Nō 3° ꝙ illa pars donec ꝯtigit ꝙ vnꝰ pulſus ⁊c̄.pōt exponi duobꝰ modis.vnꝰ eſt ꝙ vnꝰ pulſus poſtremꝰ id eſt ſequēs aliū ſue diaſtoles.i.in ſua diaſtole eſt citiꝰ.i.velocioꝛ ꝑꝑ vehemētē calorē:aut debilioꝛ propter v̄tutis debilitatē.Et iſta ꝑs eſt exēplificatio p̄me.ſ. cōparationis pluriū pulſuū adiuicē.2° mō pōt itelligi ꝙ ſit exēplū diuerſi pulſus in vna ꝑte vnius pulſus.Et ſenſus eſt iſte.Donec ꝯtingit.i.ſicut cōtingit ꝙ vnus pulſus eſt poſtremus ſue diaſtoles citioꝛ.i.velocioꝛ ꝓpter vehemētiā calr̄itatis:aut debilioꝛ ꝑꝑ debilitatē : ⁊ h̄ ſcd̄ȝ plus mihi placet. Nā haꝝ diuerſitatū maneries habebis īfra. ¶ Circa 3m dictuȝ ꝯſidera ꝙ duplr̄ pōt exponi.vno mō cōparādo ad id qd̄ imediate eſt dictū.ſ.donec ꝯtigit ⁊c̄. Et erit ſenſus ꝙ ſi tu volueris dilatare ſermonē in exēplis potes ꝯſiderare alias ꝑtes:id eſt alias ꝯſiderationes in tribus dictis gn̄ibus ſupple de qbus nō eſt exēplificatū de velocitate ⁊ de fortitudie ⁊ nō de q̄ntitate aut frequētia aut duritie:⁊ iō in iſtis tribꝰ gn̄ibus p̄dictis poteris etiā exēplificare. ¶ 2° pōt itelligi ꝙ dicit de gn̄ibus in qbus ꝯſideraṫ eq̄litas ⁊ diuerſitas.Et erit ſenſus ꝙ ſi tu voles poteris ꝯſiderare alias ꝑtes.i.alios modos cōparationū in tribꝰ dictis gn̄ibꝰ alijs ab iſtis q̄nque. Naȝ ſupꝛa noīata fuerūt decē gn̄a:⁊ in iſto octauo nō cadit cōparatio vt dicaṫ pulſus eq̄lis aut diuerſus. Nec in 9° qd̄ ſub iſto 8° ꝯtineṫ.g̊ reſtat ꝙ ſolū pōt cadere in octo gn̄ibus iſta cōparatio de qbꝰ fuerūt noīata q̄nque : ⁊ iō tria remāſerūt in qbus poteris dilatare ſermonē.ſ.calr̄s ⁊ frigidus ⁊c̄.plenus ⁊ vacuus ⁊ pōdus:⁊ hāc ſcd̄am puto veriorē. ¶ Ex 4° aūt dicto potes cōpꝛehēdē ꝙ ſtat aliquē eſſe pulſuȝ qui nec abſolute eſt eq̄lis nec abſolute eſt diuerſus. ¶ Circa oīa tn̄ attēde ꝙ in pulſu eq̄li nō opȝ eq̄ri ꝑtes eiuſdē pulſus iuicē:ita ꝙ tēpoꝛa quietis ſint eq̄lia vel velocitates duoꝝ motuū ſint eq̄les. Nā in rei veritate vt ſumiṫ ex Gal̄.in libello de vtilitate pulſus.quies ſequēs ꝯſtrictionē eſt diuturnioꝛ ꝙ̃ q̄es ſequēs dilatationē in nāli diſpōne ſicut in anhelitu manifeſtuȝ eſt. ¶ Ex q̄ ſeq̄ṫ ꝯ Jacobū circa hūc locū nō vere dixiſſe pulſū cuiꝰ vna q̄es nō eſt alteri eq̄lis eē diuerſuȝ.fūdaṫ aūt ſuꝑ h̄ ꝙ cū Auic.diċ ꝙ pulſus eſt diuerſus ex cōparatiōe ſilr̄itudis aut diſſimilitudis ꝑtiū vniꝰ pulſus:h̄ nō pōt itelligi niſi q̄etē ad q̄etē cōparādo:aut ſyſtolē ⁊ diaſtolē qd̄ fūdamētū eſt fallax cū ꝑtes diuerſas vniꝰ pulſus dicat Auic. ꝑtes eiuſdē diaſtolis diuerſis digitis corr̄ndētes:vt pȝ ſequēti cap̊. ¶ Et tu ex h̄ vides ſolr̄onē quoꝛūdā falſoꝝ ſophiſmatuȝ:puta ꝙ in q̄libet lapſa cōplr̄one ſimplici alijs deductis eēt pulſus diuerſus:vt in hūida tm̄ eſt maioꝛ ſyſtoles ꝙ̃ diaſtoles:⁊ i calr̄a tm̄ maioꝛ diaſtoles ꝙ̃ ſyſtoles: nā ꝯſtat ex dcis ꝙ iſta ieq̄litas nō facit pulſuȝ diuerſuȝ.

¶ Genꝰ aūt qd̄ ex oꝛdinatiōe ⁊ ioꝛdinatiōe ſumptū eſt duas hȝ ſpēs:diuerſe oꝛdiatus: ⁊ diuerſe inoꝛdinatꝰ. Oꝛdinatꝰ aūt eſt ille cuiꝰ diuerſitas hȝ oꝛdinē ꝯſeruatū ſuꝑ quē trāſit. ⁊ ē ſȝ duos modos:aut oꝛdiatꝰ abſolute: ⁊ ē cū totū illd̄ qd̄ ex eo ꝓuenit non hȝ niſi tm̄ diuerſitatē vnā. aut oꝛdiatꝰ q̄ eſt ꝓpꝛie: ⁊ ipſe ē q̄ hȝ duas diuerſitates aut plr̄es ſiċ ſi ibi eēt circulus ⁊ aliꝰ circulus ab eo diuerſus:ſȝ ambo ad ſuū redirēt oꝛdinē:ſiċ ſi eēt vnꝰ circulus. ⁊ ioꝛdiatus eſt q̄ eſt ei ꝯrīꝰ. Cūqȝ certificaueris inuenies ꝙ h̄ decimū genꝰ eſt ſiċ eēt noui gn̄is ſpēs itrās ſub ineq̄li.

¶ Declarat

¶ Declarat nonū genus dicēs ꝙ in h̄ genere ſunt due ſpecies: vna eſt ordīatus. alia eſt pulſus īordinatus. ¶ Dicit 2°. ⁊ ille eſt ordinatus cuiꝰ diuerſitas h̄z ordinē ꝯſeruatū ſuꝑ quē trāſit: ⁊ h̄ eſt duobꝰ modis. vnus eſt vt pulſus dicat̄ abſolute ordinatus: qn̄. ſ. nō h̄z diuerſitatē vnā: aut eſt ordinatus cū h̄z duas diuer ſitates vel plures ſicut ſi eſſet circulus aut alius circulus diuerſus a p̄ ita ꝙ ambo ad ſuū ordinē redirēt: inordinatus aūt eſt ei ꝯ̄rius. ¶ Dicit 3° ſi bn̄ ꝯſiderabis īuenies ꝙ h̄ decimū genꝰ eſt ſicut ſpēs noni ītrans ſub eq̄li: ſiue diuerſo. Dicit̄ aūt decimū non Auic. narratione: ſed Gal. ⁊ tu ex hoc collige ꝙ oīs pulſus ordinatus eſt ineq̄lis: ⁊ iō eſt abuſio in locutione cum medici groſſi pulſum equalē vocant ordinatum.

¶ Debes aūt ſcire ꝙ in pulſu reperit̄ nā muſice qm̄ quēadmodū ars muſice cōplet̄ ꝑ adiunctionē ſonoꝝ ſ̄m ꝓportionē comitātē eos īter acuitatē ⁊ grauitatē ꝑ circulos caſuū ⁊ tēpoꝝ qui ſūt īter eoꝝ ꝑcuſſiones: ſic eſt diſpō pulſus qꝛ proportio ſuoꝝ tēpoꝝ in velocitate ⁊ ſpiſſitudine ⁊ debilitate ⁊ in q̄ꝫtitate eſt ſicut ꝓportio adiūctionis eiꝰ: ⁊ quēadmodū tēpus feriēdi ⁊ quātitas ſonoꝝ eſt cū ſūt ꝯueniētia: ⁊ eſt cū nō ſunt ꝯueniētia. ſil̄r eſt cū ibi diuerſitates ſūt ordinate: ⁊ eſt cū ſūt iordiate: ⁊ ꝓportio etiā diſpōnū pulſus in fortitudie ⁊ debilitate: ⁊ ī q̄ꝫtitate eſt cū eſt ꝯueniēs ⁊ eſt cū nō: imo diuerſa eſt: ⁊ hic q̄dē eſt egrediēs a genere ꝯſiderandi ordinē.

¶ Hic exequit̄ de vltimo gn̄e. Et diuidit̄ in duas ꝑtes. p̄ ponit q̄dā p̄ambula. 2° de gn̄e ſumpto ex pondere. ibi 2ª [Genus v̓o qꝺ ex pōdē.] Prima diuidit̄ in tres ꝑtes. Nā p̄mo oſtēdit̄ ꝙ in pulſu reperit̄ nā muſice. 2° oſtēdit que ſūt ꝓportiones muſicales quas dicit Gal. ſentiri poſſe in pulſu. 3° oſtēdit ꝙ ipſe credit de iſtis ſenſibꝰ cōprehēſibilibꝰ. 2ª ibi [Gal. q̄dē.] 3ª ibi [Ego v̓o.] ¶ De p̄ma igit̄ ꝑte p̄ ꝓponit qꝺ itēdit dicēs ꝙ tu debes ſcire ꝙ in pulſu reꝑit̄ nā muſice. ¶ Dicit 2° ꝙ h̄ eſt iſto mō: qꝛ ſicut ars muſice cōplet̄ ꝑ mixtionē ſonoꝝ cū debita ꝓportiōe iter acuitatē ⁊ grauitatē eoꝝ ꝑ circulos caſuū tēpoꝝ que ſūt īter ꝑcuſſiones: ſil̄is eſt diſpō in pulſu: qꝛ ꝓportio ſuoꝝ tēpoꝝ motꝰ in velocitate ⁊ ſpiſſitudie eſt ſicut ꝓportio ſonoꝝ in muſica: ⁊ ꝓportio illoꝝ tēpoꝝ motꝰ in quātitate: ⁊ in fortitudine ⁊ debilitate eſt ſicut ꝓportio acuitatis ⁊ grauitatis adiūctoꝝ in muſica. ¶ Et etiā quēadmoduꝫ ꝯtigit ꝙ pulſus feriēdi vel percutiēdi inſtr̄m muſicale ⁊ q̄ꝫtitas ſonoꝝ ſūt qn̄qꝫ ꝯueniētes ad ꝯſonātiā: ⁊ qn̄qꝫ in cōueniētes: ita ꝯtigit ī pulſu ꝙ aliqn̄ ille diuerſitates ſint ordiate ⁊ aliqn̄ nō: ⁊ ēt ꝓportio diſpōnū pulſus in fortitudine ⁊ debilitate: ⁊ in q̄ꝫtitate eſt ꝯueniēs etiā corꝑis diſpōni: ⁊ qn̄qꝫ nō: ſꝫ eſt diuerſa ab iſta que eſt ꝯueniēs corꝑi: ⁊ ꝯſtat ꝙ ꝯſideratio de ꝑtibꝰ pulſus ſ̄m quē ipꝫ ſub dicta rōne cognoſcimꝰ eſt egrediēs a gn̄e ꝯſiderādi ordinē. ¶ Circa p̄ᵐ attēde ꝙ in pulſu reꝑiri nām muſice intelligit̄ ꝙ in pulſu reꝑiunt̄ diſpōnes a medico ꝯſiderande ſil̄es diſpōnibꝰ reꝑtis in ꝯſonātijs ⁊ tonis q̄ ꝯſiderande ſūt a muſico. ¶ Nota 2° ꝙ muſica eſt vis vl̄ facultas drīas ſonoꝝ vel vocū ſenſibili rōne ꝑpēdēs. ⁊ ita a Boetio deſcribit̄. Sed ab Iſidoro 3° etymologiaꝝ deſcribit̄ ꝙ muſica eſt peritia modulationis cantu ſonoqꝫ ꝯſiſtēs. Ponit̄ aūt cōiter triplex muſica: mūdana: humana ⁊ organica. Mūdana eſt debita habitudo ꝑtiū mundū ꝯſtituētiū ⁊ maxime p̄ncipaliū vt in celis. Humana aūt eſt debita ꝓportio ꝑtiū ⁊ virtutū corꝑis humani. Organica aūt eſt illa quā deſcripſimus. ¶ Nota 3° q̄ſdā diuerſas voces nāl̄r talē h̄re ꝓportionē: vt ide nāl̄r ſenſus humanus delectet̄. ⁊ ille dn̄r ꝯſonātie ⁊ illaꝝ vocū aggregatio dr̄ ꝯſonātia. Quaſdā āt nāl̄r aptas ad faciēdū triſtitias ī auditu: vel ſaltē nō delectare: ⁊ iſtaꝝ aggregatio dr̄ diſſonātia. Itē etiā ꝯtingit in pulſu ꝙ q̄dā ſūt ſuaꝝ partiū ꝓportiones que ſūt ꝯueniētes: ⁊ q̄dā ſūt que ſunt diſcōueniētes: ⁊ ita in pulſu reꝑit̄ nā muſice. ¶ Circa ſc̄ꝺꝫ dictū ꝯſidera vt dicit Dinus ꝙ Auic. vult oſtēdere ſil̄itudineꝫ diſpōnū pulſus cū diſpōnibus ꝯſiderandis a muſico. Et dicit p̄mo ꝙ muſica cōplet̄: id eſt attingit finē ꝑ ꝯiūctionē ſonoꝝ ſ̄m ꝓportionē comitantē eos in acuitate ⁊ grauitate: ⁊ ſupple in magnitudine ⁊ ꝑuitate eoꝝ: ⁊ cū h̄ per debitos circulos caſuū tēpoꝝ que ſūt īter eoꝝ ꝑcuſſiōes: ꝑ qꝺ etiā vult ꝙ itelligamꝰ ⁊ circulos tēpoꝝ mēſurātiuꝫ ꝑcuſſiones: qꝛ hec etiā ſūt in muſica multū ꝯſideranda. ¶ Dicit 2° ꝙ ſil̄is eſt diſpō in pulſu ſupple ꝯſiderāda a medico. Et h̄ decl̄at: qꝛ ꝓportio ſuoꝝ tēpoꝝ in velocitate ⁊ ſpiſſitudine: id eſt tēpoꝝ que ꝯſiderant̄ pro velocitate ⁊ ſpiſſitudie: ⁊ ſicut ꝓportio ſonoꝝ muſice: ideſt tēpoꝝ ꝯſideratoꝝ in ſonis. Nā tēpora ꝯſiderata in ſonis muſice ſūt tēpora feriēdi vel ſonādi ⁊ tēpora q̄ſcēdi: tēpꝰ aūt velocitatis eſt tēpus motꝰ: ⁊ tēpus ſpiſſitudinis eſt tēpus q̄etis. ¶ Dicit 3° ꝙ ꝓportio diſpōnū pulſus in fortitudine ⁊ debilitate: ⁊ in q̄ꝫtitate eſt ſicut ꝓportio adiūctionis ſonoꝝ muſice. i. eſt ſicut ꝓportio ꝯſiderata in rōne ſonoꝝ vt ſūt magni vel ꝑui acuti vel graues ꝯiūcti adiuicē nō ꝯſiderādo tēpus mēſurās. ¶ Dicit 4° ꝙ quēadmodum in ſonis de q̄bꝰ ꝯſiderat muſica qn̄qꝫ ꝯtingit ꝙ ꝓportio tēpoꝝ feriēdi ⁊ q̄ꝫtitates ſonoꝝ. ſ. magnitudies ⁊ acuitates qn̄qꝫ ſūt ꝯueniētes ⁊ qn̄qꝫ nō: ita ꝯtingit in pulſu ꝙ aliqn̄ diuerſitates eiꝰ. i. diuerſe ꝑtes eiꝰ ſūt ordinate. i. debite. Et qn̄qꝫ inordinate. i. idebite. ¶ Et tu h̄ ꝯſidera ꝙ duobꝰ modis pōt ꝯtingē ꝙ ꝓportio tēpoꝝ ⁊ ſonoꝝ nō eſt ꝯueniēs. Uno mō: qꝛ eſt talis ⁊ nullā facit ꝯſonātiā. Alio modo vt aliquam faciat cōſonantiam: ſed non ꝓportionatam fini quē intendit muſicus vel non ꝓportionatam auditui illiꝰ: ꝓpter cuiꝰ delectationē muſicus pulſat: vt v̓bi gr̄a. alia ꝯſonātia vtēdū eſt in triſtitia funeꝝ: alia in nuptijs: alia in bello. ¶ Sil̄r duobꝰ modis ꝯtingit iſtas diſpōnes in pulſu eſſe diſcōueniētes. Uno mō qꝛ nō ſūt ꝯueniētes alicui cōpl̄oni nāli hoīs. Alio mō ꝙ ſint cōueniētes: ſed nō in illo in quo iueniunt̄. ⁊ pꝫ mō ꝙ ꝯſideratio iſtaꝝ ꝓportionū ꝑtiū pulſus ſ̄m ꝙ referunt̄ ad nām vel etatē corꝑis in quo eſt pulſus: eſt alia a ꝯſideratione ordinis. hic tā multa dixi qꝛ textus eſt intricatus.

¶ Galeno aūt videt̄ ꝙ id qꝺ pōt ſentiri ex ꝓportionalitatibus pōderis eſt ſ̄m vnā ꝓportionem muſicaꝝ noīataꝝ aut nō noīataꝝ. Noīataꝝ v̓o aut ſ̄m ꝓportionem totius: ⁊ qn̄qꝫ eſt ꝓportio tripli cum eſt ꝓportio dupli adiuncta cū ꝓportione addentis medietatē: ⁊ ipſa eſt que dr̄ proportio per q̄nque. ⁊ ſ̄m ꝓportionē que eſt per totū ⁊ eſt dupla ⁊ ſ̄m ꝓportionē que eſt ꝑ q̄nque ⁊ eſt addens medietatē ſ̄m ꝓportionē que eſt per quatuor: ⁊ eſt addēs tertiā ⁊ ſ̄m ꝓportionē addentē quartā poſtea non ſentitur.

¶ Modo oſtēdit quomodo Gal. dixit muſicalē diſpoſitioneꝫ in pulſu cōprehēdi. Et dicit p̄mo ꝙ Gal. videt̄ ꝙ illud qꝺ pōt ſentiri de pōdere in pulſu eſt ſ̄m viam proportionū muſicaliū ⁊ maxime: imo ſolum ſ̄m aliquā de q̄nque dicēdis. p̄ª eſt ꝓportio totius ⁊. 5. ⁊ iſta eſt in rei veritate ꝓportio tripli. Et rō eſt qꝛ tripla ꝓportio eſt dupla

pportio cui adiūcta est pportio addētis medietatē.i.pportio sexqaltera.i.tripla est cōposita ex dupla ⁊ sexqaltera.2ª pportio est pportio p totuz: ⁊ ista est pportio dupla.3ª pportio est pportio p qnque: ⁊ illa est pportio addēs medietatē.i.illi⁹ qd̄ ꝯtinet totū ⁊ medietatē ei⁹ sicut tria ad duo: ⁊ vocat̄ sexqaltera.4ª est pportio p q̄tuor: ⁊ ista est pportio addēs tertiā ptē ⁊ vocat̄ sexquitertia. 5ª est pportio addēs q̄rtā ptē: ⁊ illa est pportio sexqquarta. ❡ Ubi nō q pportio describit̄ 5° elemētoꝝ Euclidis q est duoꝝ q̄ztecūqz fuerit q̄ztitatis certa alterius ad alterū habitudo. Et diuidit̄ in pportionē eq̄litatis ⁊ ineq̄litatis. Proportio aūt ineq̄litatis diuidit̄ in pportionez que est pportio maioris ineq̄litatis: que est pportio maioris quātitatis ad minorē: ⁊ pportionē minorē ineq̄litatis ⁊ illa est eō. Proportio aūt maioris ineq̄litatis diuidit̄ in rōnalē ⁊ irrōnalē. Rōnalis est que pōt in numeris iueniri. Irrōnalis aūt nō pōt vt diametri q̄drati ad suā costā. Rōnalis pportio maioris ineq̄litatis diuidit̄ in multis ⁊ in supparticularē ⁊ suppartientē ⁊ multiplicē superparticularē multiplicē suppartientē. Iste sunt qnque ei⁹ spēs. ❡ Multiplex est qñ maior quātitas ꝯtinet minorē multis vicibus adequate vt dupla vel tripla. ❡ Superparticularis est qñ maius ꝯtinet minus semel ⁊ aliquaz vnā ptē eius aliquotam adequate: sicut si ꝯtinet totuz ⁊ medietatē ei⁹: vt se hz q̄tuor ad tria qꝛ ꝯtinet semel ⁊ tertiā partē. ❡ Superpartiēs est cū maior ꝯtinet minorem ⁊ aliquas partes aliquotas adequate que tñ ptes simul sumpte nō ꝯstituūt vnā ptē aliquotā vt quinque ad tria qꝛ.5.ꝯtinet tria ⁊ duas ptes aliquotas ⁊ nō sūt vna pars aliquota que aliquotiens sumpta adequate reddat totū. Et pz que dicat̄ multiplex supparticularis: ⁊ que multiplex suppartiēs. ❡ Nota 2° q apud grecos pportio dupla in qua maius ꝯtinet totum bis dicit̄ diapason: qd̄ est dictum per totuz. Nā dia.i.per ⁊ pason totum: ⁊ ideo sic dicit̄ qꝛ vltra minorem quantitatē cōtinet etiā eam alia vice totam minorem adequate. ❡ Sed pportio in qua maius ꝯtinet minus semel medietatē dicit̄ a nobis sexquialtera: ⁊ a grecis diapente. Et diapēte est idē ac si diceret per.5.⁊ hec pportio ideo sic dicit̄: qꝛ iuenit̄ in qnta chorda in monachordio ad illā que p quītā distat ab ea. Ista aūt in qua maius ꝯtinet maius semel ⁊ tertiā ptem dr̄ diatesseron.i.p q̄tuor: ⁊ hoc qꝛ ista iuenit̄ in q̄rta chorda monachordy. ❡ Nota vlterius ex quinto elemētoꝝ Euclidis q qbuscūqz duob⁹ extremis datis iterposito medio pportio p̄mi ad vltimū cōponit̄ ex pportione primi ad scōm: ⁊ scōi ad tertiū. Ex isto sequit̄ q pportio tripla cōponit̄ ex pportione dupla ⁊ pportione sexqaltera. Nā capio pportionē trium ad vnū: ⁊ qꝛ extrema sūt tria ⁊ vnū interpono mediū qd̄ est duo: ⁊ sequit̄ iuxta regulā dictā q pportio illa cōponit̄ ex pportiōe triū ad duo: ⁊ duoꝝ ad vnū. mō pportio triū ad duo est pportio sexqaltera: sed duoꝝ ad vnū est dupla: ⁊ sic pportio tripla est cōponēda ex pportione dupla ⁊ sexqaltera. Et hec est cā q̄re pportio tripli dicit̄ apud grecos diapason diapēte: ⁊ ab Auic. pportio totius ⁊.5. Idem .n. est dicere q est proportio cōposita ex dupla ⁊ sexqaltera. ❡ Et tu s̄m hunc modū itelliges textū. Nā sentit̄ p̄mo pondus s̄m pportionē que est totius ⁊.5.⁊ ista est pportio tripli: ⁊ ideo dr̄ pportio tripli pportio totius ⁊.5. cum pro: qꝛ ipsa est pportio dupli addita.i.adiuncta cum pportione addente medietatē: ⁊ ista est pportio p.5. Reliqua sunt clara.

❡ Et ego qdē miror qūo pportiōes iste p tactū discerni pñt: dico tñ q ei est facile q in gradu tāgēdi ꝯsueuit ⁊ pportionat̄ sonos p ptē postq̄z erit ei potentia cognoscendi musicaz acq̄sita ⁊ cōparabit factū per notū. homo etiam iste cum suā intentionē ad pulsum reduxerit huiusmodi poterit discernere pportiones per sensum.

❡ Hic ponit Auic. qd̄ sibi videt̄ circa hāc māṁ. Et dicit p̄mo q ipse mirat̄ qūo possunt ille pportiones per tactū discerni. ❡ Dicit 2° q tñ est facile dicere ei qui ꝯsueuit in gradu tāgēdi ⁊ ꝯsueuit pportiōare sonos p artē postq̄z est ei acquisita potētia cognoscendi musicā.i.musicalia. Et ille cōparabit factū: id est pportionē factā a nā in pportionib⁹ pulsus p notas.i. pportiones vel notas ab eo in tāgēdo chordas. Nā iste homo cū reduxit intētionem suā ad pulsuz poterit discernē in eo dictas pportiones.

❡ Genus vō qd̄ ex pondere est sumptū est per cōparationē pportionis quātitatū pportionuz q̄tuor tēpoꝝ que sūt duob⁹ motibus ⁊ duabus quietib⁹. ⁊ si sensus totū hoc discernere nō pōt: tñ est per cōparationē pportionis q̄ztitatū pportionaliuz tēpoꝝ diastoles ad tēpus qd̄ est inter duas diastoles ⁊ ad vltimū tēporis in quo est motus ad tempus in quo est quies.

❡ Hic declarat genus sumptū ex pōdere ⁊ spēs eius: ⁊ diuidit̄ in q̄tuor ptes. Primo ostēdit vnde sumitur genus pōderis in pulsu. 2° remouet circa hāc māz vnū supfluū modū. 3° ostendit in quo dz iueniri musicalis pportio. 4° enumerat spēs huius gñis. 2ª ibi [Qui aūt ponūt.] ibi 3ª [Et pōdus.] ibi 4° [Et dicemus.] ❡ Dicit p̄mo q gen⁹ qd̄ sumit̄ ex pōdē sumit̄ a cōparatione pportionis quātitatis pportionū quatuor tēpoꝝ que sunt duobus motibus ⁊ duab⁹ quietib⁹. Et si sensus nō pōt hoc totū discernere.s. q̄tuor tēpoꝝ: qꝛ nō cognoscit systolē: tūc erit p cōparationē pportionis quātitatis pportionis tēpoꝝ diastolis ad id tēpus qd̄ est inter duas systoles ⁊ in breui tēpoꝝ motus ad tēpus quietis. ❡ Pro intellectu illi⁹ ptis attēde vt supra dr̄ q in pulsu ꝯsideramus pportionē que est iter tēpora existētia in pulsu tam quietū q̄z motuum. ❡ Cōsideramus 2° habitudinē istius pportionis ad dispositionē nālem siue etatiuā corporis in quo est ille pulsus. Tūc stāte textu vt cōiter iuenit̄: hoc mō exponem⁹. ❡ Genus vō qd̄ ex pōdere sumptū est supple sumit̄ per cōparationē.i.p ꝯsiderationē nostrā que cōsideratio est pportionis: id est habitudinis quantitatū pportionum q̄tuor tēpoꝝ que sunt duobus motibus ⁊ duabus quietibus supple ad dispōnē corpis in quo est pulsus ⁊c̄. ❡ Sz apud Cōciliatorē lr̄a est facilior. Naz vbi nos habemus quātitatū pportionū ipse habuit quātitatuz pportionabiliū: ⁊ tunc sensus est clarus.s. genus qd̄ ex pōdere sumptū est sumit̄ per cōparationē pportionis quantitatū pportionabiliū quatuor tēpoꝝ ⁊c̄. per cōparationē.s. istaꝝ pportionū ad corporis dispōnē. ❡ Nota iuxta mentem Conciliatoris. drīa. 83. q magis possumus sensu pcipere pportionē motus ad quietē sibi imediatā in pulsu q̄z pportionē motus ad aliū motū succedētē. ❡ Et huius cā est: qꝛ motus opponit̄ quieti ⁊ opposita iuxta se posita magis elucescūt ⁊ discernunt̄. ⁊ potest addi scda cā qꝛ tempus motus imediat̄ tēpori quietis: nō aūt tēpori motus. Nec tēpus quietis in pulsu imediat̄ tēpori quietis. ⁊ iō ille pportiones possunt sensu discerni in pulsu. Non aūt pportiones quietū adinuicem aut motuuz adinuicem. ❡ Et iō dicit Auic. q attēdit̄ genus solū in cōparatione tēporis mot⁹ ad quietē: qꝛ igit̄ tēp⁹ q̄etis apud nō cōprehēdētes systolē est totū tēpus qd̄ est iter duas diastoles: ideo apud eos sentit̄ pōdus ex pportione istoꝝ tēpoꝝ ad corporis dispositionē. Sed apud cōprehēdētes systolem

tēpus diastoles cōparatꝰ ad tēpus quietis sibi imediate: ⁊ ita tēpus systoles. Pōdus igiť sumiť in pulsu a proportione tēporis motus ad tēpus quietis oīno ꝫm Auic.

¶ Qui āt ponūt i ħ caplo cōparationē tpis motꝰ ad tēpꝰ motꝰ: ⁊ tpis qetis ad tēpus qetis mittūt caplm in caplo: lʒ huiꝰ missio sit tolerabilis ⁊ nō sit inconueniens: sed tamen non est bona.

¶ Remouet hic vnū modū supfluuʒ. ⁊ dicit ꝙ illi qui in ħ cap̊ de pōdere pulsus ponūt cōparationē tpis motꝰ ad tp̄s motꝰ vtputa diastolē ad systolē ⁊ tēporis quietis ad tēpus qetis īducūt caplʒ in cap̊. ⁊ lʒ huiꝰ imissio sit tolerabilis tn̄ nō est bona. ¶ Ubi p̄mo nota ꝙ Haliabas 7° theo. posuit istā cōparationē: ⁊ Gal. in libello de drys pulsuū ħ manifeste voluit in cap̊ de pulsu spisso ⁊ raro: cū dixit apō cōprehēdētes systolē. ¶ Rhythimū aūt ꝫʒ tēpꝰ diastoles simul cū qete que est ꝫm ip̄m cōparatū tpi systoles simul cū tpe eiꝰ que post ipsaʒ qetis. est aūt qn̄ est tp̄s diastoles soliꝰ tpi systoli soliꝰ cōparātes ita rhythimū gn̄ari dn̄t. Mirꝝ est igiť ꝙ expositores ħ solū Haliabati iponūt. ¶ Nec pōt dici ꝙ ħ Gal. dicat aliorꝝ auctoritate qꝛ in eodē cap̊ ifra ex ꝓposito ħ affirmat: sed vt dixi ꝫm modū Cōciliatoris Auic. visuʒ est ꝙ ħ sit ipole sensu discerni. Cū igiť loquēdo de pulsu vt medici: debeamꝰ dicē de sensibliū: ⁊ ille ꝓportiones de qbꝰ isti dicūt nō sūt sensibiles vel sensu ꝑceptibiles. iō ħ est supfluū in medicina: ⁊ iō dicit ꝙ isti ponūt caplm in caplo: qꝛ illō qō dʒ eē de cap̊ itellectiue cognitionis ponūt in cap̊ de signis que debēt sensu ꝑcipi: est tn̄ missio tolerabilis: qꝛ de istis proportionibꝰ dicūt isti veritatē ꝙ pn̄t esse ꝯuenIētes ⁊ incōuenIētes. sed tn̄ ħ non ꝑcipiť sensu. ¶ Et iste est modus Cōciliatoris in exponēdo hūc locū. Dinus aūt aliter exponit ⁊ dicit ꝙ ħ totū sic dictū pōt itelligi duobus modis. Unus est ꝙ illi qui dicūt in pōdere ꝯsiderari ꝓportionē tpis motus ad tēpus motus volūt dicere ꝙ est cōparādū tēpus diastoles ad tēpus systoles: ⁊ tēpus quietis post diastolē ad tēpus qetis post systoleʒ. Et ħ mō Auic. vult ꝙ isti errāt ⁊ ponūt caplʒ in caplo. i. illud qō nō est ponēdū. Rō qꝛ cōparat tēpus qetis post diastolē ad tempus systoles: ⁊ ista cōparatio nō est nota sensui cū nec est notū tēpus quietis nec tēpus systolis. Et lʒ ista missio sit tolerabilis apud cognoscētes systolē tn̄ nō est ꝯueniens neqʒ bona apud plrimos: qꝛ plurimi hāc non cognoscunt. ¶ Hec p̄ma expō penitus nihil mihi placet: cū idē fuisset supra ab Auic. dicēdū de frequētia qō nō fecit. ꝑterea iam dictum est ꝙ hoc fit apud cognoscentes systolem. ¶ Scōs modus expōnis Dini est ꝙ ꝑ cōparationē tpis motus ad tēpus motꝰ ⁊ qetis ad qetē itelligimꝰ cōparationē vniꝰ diastoles ad aliā: ⁊ tēpus iter vnā ⁊ aliā ad tēpus isequēs: ⁊ ħ mō peccāt isti ponentes caplm in caplo: qꝛ ponūt illō qō ꝑtinet ad genꝰ ordinis in caplo pōderis. Nā cōparatio ista ꝑtinet ad genꝰ ordinis: ⁊ ista expō minus videť vera ꝙ̃ ꝓcedēs. Nā Gal. exp̄sse itellexit de qete post systolē cōparata qeti post diastolē ⁊ de cōparatione diastolis ad systolē. Et nō est putādū Auic. ħ ignorasse. 2° etiā alia est ꝯsideratio ꝓportionis: alia est ordinis. ¶ Marsilius aūt duos dixit modos: vnꝰ est modus p̄mꝰ Dini. Aliꝰ est ꝙ cōparatio motus ad motū est supflua: ⁊ silr̄ qetis ad quietē: qꝛ si motꝰ ad qetē est debita ꝓportio etiā motꝰ ad motū erit debita ⁊ qetis ad qetē. Et ista 2ª est falsa. Nā pone ꝙ motꝰ ad qetē dʒ eē ꝓportio dupla ⁊ motꝰ ad motū dupla: ⁊ ponamꝰ ꝙ diastoles ad sequentē qetē sit ēt dupla: sed diastoles ⁊ systoles sunt eq̄les. Et pʒ ꝙ erit debita proportio motus ad quietem imediate sequentem tn̄ non erit debita proportio motus ad motū. ¶ Jacobus aūt de Forliuio voluit ꝙ p̄ª cōparatio dʒ esse motus ad qetē imediate sequentē ⁊ illius scd̄ motus ad quietē imediate sequētē. ⁊ istis scitis scimus ꝓportioneʒ motus ad motū ⁊ qetis ad qetē. ¶ Quidā g̊ dixerunt ꝙ p̊ ꝯsiderāda est ꝓportio motus ad motū: deinde qetis ad qetē. Et ex istis scire que est ꝓportio motꝰ ad qetē. ⁊ isti ponūt caplm in caplo: qꝛ illō qō dʒ esse in posteriori cap̊ ponūt in p̊ori: ⁊ iste fuit vt dicit Haliabas 7° theo. ca. 4°. ¶ Et ista expō etiā non videť bona: qꝛ Auic. dixit supra assignādo vn̄ genus istud sumiť: qō est cōparādo tēpꝰ in quo est motꝰ ad tēpꝰ istud in quo est qes: ⁊ nō dixit ꝙ ab ħ icipe debeamꝰ. ¶ Preterea nec Haliabas dixit ꝙ incipere debemus a cōparatione tpis motꝰ ad tēpus motus. ¶ Preterea qꝛ nō eēt tolerabilis error: sed falsus. Et iō vr̄ meliꝰ trāsire cū expōne Cōciliatoris ⁊ ꝙ Auic. credivr̄ ꝙ nō sentiunť iste cōparatiōes: sʒ solo itellectu cognoscunť i gn̄e ⁊ tolerať ꝑꝑ dicta supra. ¶ Nō vlteriꝰ qō pʒ ex dictis ꝙ etiā in alia ꝓportione dixit Gal. ꝯsistē rhythimū de qua nullā mētionē fecit Auic. s. in ꝓportione tpis aggregati ex diastole ⁊ qete imediate sequēte ad tēpꝰ aggregatū ex systole ⁊ qete imediate sequēte. ¶ Sed ꝯtra expōnē Cōciliatoris arguiť: qꝛ ex mente Auic. pōdus in pulsu ꝯsiderať in ꝓportione fortitudis ad fortitudinē ⁊ magnitudis ad magnitudinē: sʒ ꝯstat ꝙ in fortitudie nō cōparať nisi motꝰ motui: igiť in pōdē ꝯsiderať ꝓportio motꝰ ad motū. ¶ Hic dr̄ ꝙ in pōdere ꝯsiderať ꝓportio motus ad motū: sʒ nō tpis motꝰ ad tēpus motꝰ nisi in intellectu: ⁊ ħ loquēdo de motibꝰ vniꝰ pulsus in qbꝰ ꝑpter paruitatē eorꝝ difficultatē ꝯsiderādi nō pōt illa ꝓportio bene tactu cōprehēdi. ¶ Posset tn̄ alr̄ ⁊ facilius exponi ꝙ illi q ponūt cōparationē tpis motꝰ ad tēpus motus in eodē pulsu ⁊c̄. mittūt caplm in cap̊. i. nimiū ꝓlōgāt māʒ ⁊ nō cū vtilitate multa. Maior. n. est labor in faciēdo se doctū ad hec discernēda ꝙ̃ vtilitas in hec cognoscendo. fit g̊ illorꝝ missio tolerabilis: ⁊ nō icōueniēs: qꝛ non dixerūt in nā ꝙ rhythimū siue pōdus in pulsu pōt ꝯsiderari mō dicto: sʒ tn̄ illa missio nō est bona. i. vtilis ꝑpter plus poni laboris in istis cōprehēdēdis ꝙ̃ inde sequať vtilitas.

¶ Et pōdus quidem est illud in quo proportiones musice cadunt.

¶ Nūc declarat in quo dʒ iueniri musicalis ꝓportio: ⁊ dicit ꝙ pōdus est illud in quo ꝓportiones musice cadūt. i. iueniunť vel sūt. ¶ Hic locus pōt itelligi duobꝰ modis: p̄mo vt ponit differētiā iter pulsum habētē pōdus: ⁊ pulsum nō habētem pōdus. ⁊ dicit ꝙ pōdus in pulsu est illa eius dispositio in qua ꝓportiones musice cadūt: sʒ tn̄ cū nō cadūt ꝓportiones musice. i. in qbus nō est ꝯsonantia nō est ibi pōdus. ¶ Alius modus exponēdi est: ꝙ remoueat dubiū: qꝛ. n. dixit ꝙ ħ genus sumiť ꝑ cōparationeʒ tēporis motus ad tēpus qetis: posset qs addere ꝙ ꝯsideratio pōderis in pulsu nō esset nisi in istis. ¶ Ad ħ igiť tollēdū dixit ꝙ gn̄alr̄ pōdus pulsus dr̄ oīs cōparatio partiū eiꝰ sensibilis in qua cadūt vel apte sūt cadere sensibiliter ꝓportiones musice: ⁊ ideo etiā cōparatio motus ad motū nō in tēpore durationis: sed in fortitudie ⁊ magnitudine in qbus cadēt proportiones musice: vt dictū est.

¶ Et dicemꝰ ꝙ pulsus aut est boni pōderis: aut mali pōderis. Et illiꝰ qdē qui est mali pōderis sūt tres sp̄es. Una est illiꝰ cuius pōdus est mutatū ⁊ est iuxta pōdus: ⁊ iste est cuiꝰ pōdus est pōdus etatis que est iuxta etatem illius cuiꝰ est pulsus. sicut cū iuuenes habēt pondus pulsuū puerorꝝ: ⁊ altera est separati ponderis sicut cū pueri habent pondus pulsus sicut senū. Et ter-

tia est egrediens a pondere ⁊ ille est cuius pon deri pulsus hominis nō similat̄. ⁊ multa egressio pulsus a pondere magnā in dispositionibus significat mutationem.

¶ Hic species enumerat sub isto genere ꝯtentas. Et dicit ꝙ sub h̄ genere ṗmo cōprehēdunt̄ due spēs. s. pulsus boni ponderis ⁊ pulsus mali ponderis. Et est triū modoꝝ. ¶ Unus est ꝙ pōdus in pulsu est ꝑmutatū a bono pondere: sed est ꝓpe bonū pōdus: vtputa si pōdus senis inuenit̄ in iuuene vel ecōtra. scd̄a est vt sit pōdus ꝑmutatum multū: vt si pōdus senis reperiat̄ in puero vel eꝯ. tertia est vt sit ꝑmutatū: ſʒ ad nullū pōdus ꝯueniēs alicui dispositioni nāli hoīs: ⁊ ideo pōdus eius nō similat̄ pōderi pulsus hoīs: ⁊ iste qn̄qʒ appellat̄ absqʒ pōdere. ¶ Subdit vltimo ꝙ multa in pōdere ꝑmutatio magnā significat mutationē in instr̄oꝝ pulsus dispōnibus. Hec omnia mihi satis clara videntur ex precedentibus.

¶ De pulsu equali vel diuerso. Cap. I.

Dicunt ꝙ diuersi pulsus diuersitas aut est in multis ꝑcussionibus aut in vno pulsu. Sed qui in vno pulsu diuersificat̄ aut in multis diuersificat̄ partibus. s. in locis separatis in q̄bus cadūt digiti: aut vna parte: scilicet in loco vnius digiti.

¶ Post determinationē de pulsu gn̄alē Auic. ꝑticulariter de pulsu exequit̄ determinādo. ⁊ in tres diuidit̄. Primo enī spālr̄ de diuersi pulsus spēbus determinat. 2° quis sit nālis pulsus declarat. 3° de dispōnū pulsuū causis determinat. ibi 2ᵃ [Cuiusqʒ geneꝝ.] 3ᵃ ibi [Causaruʒ pulsus.] Prima pars bipartita est. In ṗᵃ. n. quasdā dictoꝝ pulsuū ponit diuisiones. In 2ᵃ spēs q̄sdā diuersi pulsus noīa habētes declarat sequēti caplo. ibi [Ex eis est.] Presens capitulū in duas diuidit̄ ptes. ṗmo. n. quādā ponit distictionē. 2° mēbra distinctionis subdiuidendo declarat. 2ᵃ ibi [Et illius qdē.] ¶ Dicit ṗmo ꝙ auctores medicine dn̄t ꝙ diuersi pulsus diuersitas aut est in multis pulsib⁹ aut in vno tm̄. Et diuersitas cadēs in vno pulsu aut in ꝑtibus diuersis vni⁹ pulsus. s. in diuersis ꝑtib⁹ cadētibus sub diuersis digitis: aut in vna ꝑte vni⁹ pulsus. s. in loco vni⁹ digiti. ¶ Nō igit̄ ṗmo ꝙ lʒ multa gn̄a pulsus sint supius posita. Auic. nō fecit speciale caplm̄ nisi de eq̄li ⁊ diuerso ꝓpter duo. ṗmū est: q2 illud genus oīa q̄si alia gn̄a cōprehēdit seu ꝯtinet. 2° q2 in isto cadūt plurime diuersitates spēꝝ: nō sic aūt in alijs gn̄ibus. Et hec eadē est cā quare rubrica eius ititulat̄ de pulsu eq̄li ⁊ diuerso: tn̄ non ꝓsequit̄ nisi de spēbus pulsus diuersi. ¶ Nō 2° ꝙ diuersitas que attēdit̄ in multis pulsib⁹ itelligit̄ cōparādo vnū pulsuʒ ꝓprie dictū ad aliū pulsuʒ: ſʒ illa que attēdit̄ in vno pulsu nō attēdit̄ nisi cōparatione ad vnū motū illi⁹ pulsus cōparādo systolē ad diastolē: vt dicit Jacobus. Et h̄ potes percipere ex modo loquēdi hic: ⁊ Gal. in libello de dr̄ijs pulsuū vbi nunq̄ȝ noīat aliquē pulsum diuersum ex cōparatione systolis ad diastolē: nec Auic. etiā. Et cōstat ꝙ diuersitatē attendēdā in vno pulsu diuidunt rōne plurium partium eiusdem pulsus ꝭm ꝙ partes ille correspōdent diuersis sitibus arterie sub diuersis digitis: ⁊ non dicunt diuersitatem inter systolē ⁊ diastolem. ¶ Nota 3° ꝙ lʒ per vnā partem Auic. exemplificet intelligi locum sub vno digito: tn̄ debemus intelligere diuersitatem que non est ꝓpter varietatē in diuersis partibus arterie: ⁊ h̄ colligit̄ ex Gal. libro de differentijs pulsuū. Cum diuersitatem pulsus in vna parte dicit non esse imaginabilem nisi in diuersis partibus tēporis. vnde sic ad lr̄am dicit. Incipientes ab ea. s. diuersitate que ꝭm vnam particulā existit. Manifestū est aūt ꝙ non ꝭm idē tēpus. Impossibile enim est vnā ⁊ eandē particulā in vno ⁊ eodē tēpore nō silr̄ apparere moueri. ¶ Ex quo pʒ intellectū Jacobi de pulsu intersecto ⁊ ꝯtinuo ⁊ reciduo esse malū cū intelligat ista ad diuersas partes arterie que sunt aut in extremo aut in medio digiti corrn̄dētes. ¶ Sūma igit̄ est ista: q2 diuersitas aut attendit̄ in multis pulsibus sibi inuicē cōparatis: aut in cōparatione pluriū partiū vnius pulsus que sunt ꝑtes differētes ꝭm situm arterie: aut ꝭm vnā partē vnius pulsus in qua nō ꝯsiderat̄ diuersitas ꝭʒ sitū arterie. s. in successiōe. Qd̄ aūt dr̄ de vno digito ⁊ de q̄tuor ponit̄ pro exēplo vt itelligat̄ mens diuisionis.

¶ Et illi⁹ qdē qui in multis diuersus existit pulsibus est diuersus gradatus equalr̄ currens. ⁊ ipse qdē est qui ab vno icipit pulsu ⁊ ꝑmutatur ad maiorē eo: aut ad minorem: ⁊ ꝓcedit sic ꝭm hāc regulā donec ꝑuenit ad finē in diminutiōe aut in augmēto per similē ordinē: deinde intersecat̄ ⁊ ad primam magnitudinem redit.

¶ Hic exequit̄ de membris dictaꝝ diuisionuʒ. Et primo de primo mēbro prime diuisionis. 2° de scd̄o. 3° de tertio. 2ᵃ ibi [Diuersitas vō.] 3ᵃ ibi [Ex diuersitate.] Prima ps diuidit̄ in q̄tuor. Primo enumerat vnam specieʒ pulsus diuersi in pluribus pulsibus attenta diuersitate. Scd̄o illam speciem vno modo subdiuidit. Tertio illam eandē speciem alio modo subdiuidit. Quarto alio modo. 2ᵃ ibi [Aut rediens.] ibi 3ᵃ [Et est cuʒ ad finem.] ibi 4ᵃ [Cūqʒ intersecatur.] ¶ De prima parte dicit ꝙ vna spēs illius pulsus qui diuidit̄ in pluribus pulsibus est pulsus diuersus gradatus equaliter currens. ¶ Dicit scd̄o ꝙ ille pulsus qui nominat̄ diuersus gradatus ⁊ equaliter currens est ille qui incipit ab vno pulsu ⁊ permutatur ad maiorē eo aut minorem: ⁊ ꝓcedit sic aut augmentando aut diminuendo equaliter ⁊ simili ordine donec perueniat ad finem augendi aut diminuendi: deinde intersecat̄ ⁊ redit ad primā magnitudinē. ¶ Ubi nota ṗmo ꝙ hic pulsus dicit̄ primo gradatus q2 inter pulsus est excessus primi ad scd̄m: ⁊ secūdi ad tertiū ⁊c̄. sicut in gradibus scalaꝝ: ⁊ dicitur equaliter currens. q2 vsqʒ ad intersecationē semper excessus pulsuum imediatoꝝ sunt equales. ¶ Nota scd̄o ꝙ ad hoc vt pulsus dicat̄ hoc modo: requirit̄ ṗmo ꝙ sit diuersus in pluribus pulsibus. Requiritur scd̄o ꝙ sit ibi eq̄litas excessuū primi ad secūdū: ⁊ scd̄i ad tertiū: ⁊ sic vltra vsqʒ ad itersectionē. Requirit̄ scd̄o ꝙ intersecetur ⁊ reddatur ad pristinam dispositionem: ⁊ vbi aliqd̄ istoꝝ deficiat nō erit huius speciei. ¶ Nota tertio ꝙ nō soluʒ in magnitudine ⁊ paruitate ꝯtingit hec diuersitas sed etiā in velocitate ⁊ tarditate: in fortitudine ⁊ debilitate ⁊ alijs differētijs suscipiētibus magnis ⁊ minus ⁊c̄.

¶ Aut rediēs ex ꝑuitate sua silr̄ reditu in ambabus dispositionibus ad primā regulam aut diuersificans postq̄ȝ venerit a principio quod est huiusmodi ad finē qui est huiusmodi.

¶ Ponit primam distinctionē istius speciei dicens ꝙ hic pulsus cū intersecatur ⁊ redit supple ad diuersitatē gradatim qn̄qʒ redit simili reditu in ambabus dispositionibus ad primā regulam. s. quādoqʒ redit ad similē terminū a quo ⁊ peruenit ad similē terminum ad quē ꝑ regulā primā. i. prime diuersitatis: vt si ṗmo incepit a magnitudine vt vnum ⁊ sex vicibus venit ad magnitudinē vt sex ita directe faciat i scd̄o reditu. Et duo termini sūt

ille ambe dispōnes de quibus loquit̄:aut diuersum facit ad hoc postq̄ incepit a certo principio:ꝛ terminatus fuit ad certum finem.

¶ Et est cum ad finem peruenit.

¶ Ponit secūdam distinctionez dicens ꝙ in scđa via ad modū scđe scale ad quā redeūt post intersectionem:quā doqꝫ intersecat̄ qñ peruenit ad terminū ad quē:ꝛ quandoqꝫ intersecat̄ anteq̄ ad illū terminum veniat:ꝛ qñqꝫ transit illū terminū anteq̄ intersecet̄:vt si p̄mo inceperit ab vno gradu magnitudinis ꝛ puenit ad sex:qñqꝫ ad quinque intersecatur:ꝛ qñqꝫ venit vsqꝫ ad septem.

¶ Et est cū intersecat̄ ante ipsum:ꝛ est cū addit supra ipsuꝫ donec intersecat̄ in medio cessando ꝛ est cum agit ad hoc diuersum ꝛ illud est vt in medio sui iterueniat motus:ꝛ pulsus qdeꝫ cessationem habens est diuersus in quo expectat̄ motus ꝛ venit quies:ꝛ ille qui in sui medio hꝫ motum est diuersus in quo expectatur quies ꝛ venit motus.

¶ Ponit tertiā distinctionē illius speciei dicēs ꝙ hic pulsus qñ intersecat̄ quādoqꝫ intersecatur cessando a motu in suo medio:quādoqꝫ faciendo alio modo:qꝛ nō faciendo quietē in medio:ꝛ hoc est:qꝛ in medio iteruenıat motus ꝛ pulsus habens hanc cessationez est diuersus in quo expectatur quies ꝛ venit motus:ꝛ alius est in quo venit quies qñ expectat̄ mot⁹.Et vterqꝫ istoꝝ vocatur intersectus:lꝫ nō eodem modo quo infra dicetur.

¶ Diuersitas ṽo pulsus in multis partib⁹ vni⁹ pulsus aut est in situ suarum ptiuꝫ aut in motu suarū partiū.sꝫ diuersitas q̄ est in situ suaꝝ partiū est diuersitas pportiōis ptium vene ad partes:ꝛ qm̄ ptes sunt sex erit illud qđ in eis cadit ex diuersitate similiter:diuersitas aūt q̄ est i motu:aut est in velocitate ꝛ tarditate:aut in ꝯsecutione ꝛ p̄uētione.s.vt moueat̄ pars ei⁹ ante horaꝫ sui mot⁹:aut post horā:aut in fortitudine ꝛ debilitate:aut in magnitudīe ꝛ puitate.Et hoc totū aut curet ₰m ordinē equalē aut diuersuꝫ in augmēto ꝛ diminutiōe:ꝛ illud quidē aut erit in duab⁹ ptib⁹ aut in trib⁹ aut in quatuor.s.in casu digitorum.Et tu quidem componere poteris ꝛ ordinare.

¶ Hic exequit̄ de pulsu diuerso cui⁹ diuersitas est in pluribus ptibus vnius pulsus.Et dicit p̄mo.ꝙ talis diuersitas aut est in situ duaꝝ partiū.s.arterie:aut in motu suaꝝ partiū.¶ Dicit scđo.ꝙ diuersitas que est in situ partiuꝫ est diuersitas positionis vene.i.arterie ad ptes alias:ꝛ qꝛ ptes sunt sex.s.sex extrema diametroꝝ:iō illud qđ cadit in istis partibus de diuersitate erit similiter in sex extremis triū diametroꝝ.¶ Dicit tertio.ꝙ diuersitas que est in motu aut est in velocitate aut tarditate aut in cōsecutione ꝛ p̄uentione.In ꝯsecutione qñ pars mouet̄ post horam sui motus.in preuentione qñ mouet̄ ante horam sui motus aut in fortitudine ꝛ debilitate aut in magnitudīe ꝛ paruitate.¶ Dicit q̄rto.ꝙ hec tota diuersitas aut currit ₰m ordinē equalē in augmēto aut diminutiōe aut ₰ꝫ ordinē diuersum.¶ Dicit q̄nto.ꝙ hec diuersitas quocūqꝫ mō de istis cōtingat aut erit in duabus partibus pulsus:aut in tribus:aut in quatuor.i.in ptibus arterie super quib⁹ cadūt q̄tuor digiti.Et tu ex his p̄ncipijs poteris elicere numerū specierū tā simpliciū q̄ cōpositaꝝ diuersitatis q̄ sunt q̄si innumerabiles:vt colligit̄ ex Gal.in libello de differētijs pulsuū.¶ Nō ꝙ arteria in loco vbi tangit̄ pulsus hꝫ sitū suū ₰m quē dꝫ nāliter sentiri pulsus ꝛ quelibet partiū eius pōt permutari ita vt in ea sentiatur aut magis altus aut magis pfundus aut magis latus versus superi⁹ focile aut versus inferi⁹ focile:aut magis longus versus manū:aut versus grossuꝫ bracchij aut min⁹. In oībus igit̄ istis modis ꝯtingit diuersitas in pulsu rōne situs partiū pulsus:vel arterie.Iste igit̄ sunt sex ptes de qbus dicit Aui.¶ Nō circa tertiuꝫ dictū nāliter oēs ptes arterie debent simul eleuari.Ille igit̄ q̄ p̄us dilatantur eleuant̄ ante horā sui motus:ꝛ ille q̄ post eleuant̄ post horā sui motus eleuant̄.Reliqua hic dicta sunt facilia. ¶ Nota tñ ꝙ in omnibus istis ꝯtingit vnū pulsuꝫ eē diuersum:vt est vndosus:de quo dicetur infra.

¶ Ex diuersitate ṽo pulsus in vna pte est ille q est intersectus ꝛ redituus ꝛ cōtinuus.

¶ Hic Aui.declarat aliud mēbrū puta diuersum in vna parte vni⁹ pulsus.Et duo facit.p̄mo hoc ponēdo diuisionē huius mēbri.Scđo declarando.scđa ibi[Intersectus aūt.] ¶ Dicit p̄mo.ꝙ ex diuersitate q̄ est in vna pte vni⁹ pulsus ꝯsurgūt tria gnā.s.intersect⁹ reditiu⁹ ꝛ cōtinuus. ¶ Ubi nō iuxta Gal.in libro de differentijs pulsus ꝙ diuersitas in vna pte vnius pulsus:aut est manifeste interueniēte quiete in medio:ꝛ iste vocat̄ itersectus:aut tota diastole apparēte cōtinue dilatari:ꝛ ille est ꝯtinuus aut diastole anteq̄ manifeste quiescat apparente redire a pfundo:ꝛ iste est redıtiuus ꝛ est diuersus a p̄ª spē:qꝛ in p̄ª specie nō apparet a pfundo redire sed qescere ꝛ iteꝝ moueri.In hac aūt apparet a pfundo venire ꝛ percutere.

¶ Intersectus aūt est ille q in ptez vnā cū paruo motu separat̄:ꝛ partis vni⁹ q̄ ex eo itersecat̄ cū qete est cū duo extrema diuersificant̄ in velocitate ꝛ tarditate ꝛ in similitudine.

¶ Declarat istas tres species ꝛ diuiditur in tres.scđa ibi [Reditiuus.] 3ª ibi [Cōtinuus.] ¶ Dicit p̄mo ꝙ ille pulsus est intersectus qui in pte vna separat̄ cū paruo motu id est quāuis motus sit paruus cū quiete ita ꝙ breuiter pulsus ille est itersectus in quo quies iteruenit inter vnā partē dilatationis ꝛ aliam anteq̄ tota dilatatio compleatur ꝛ media est quies:extrema ṽo sunt due partes diastoles.¶ Dicit scđo.ꝙ in isto pulsu quādoqꝫ cōtingit ꝙ extrema sunt similia:quādoqꝫ ꝙ sunt diuersa in velocitate ꝛ tarditate ꝛ in similitudine.Et nota ꝙ lꝫ sole tres ptes ponant̄:tamen potest esse ꝙ sint plures ꝛ due quietes:ꝛ tres motus:ꝛ hoc mō pulsus integer nō solū erit cōposit⁹ ex duabus quietibus ꝛ duob⁹ motibus:sed qñqꝫ ex pluribus valde.¶ Uerū ₰ꝫ Gal.nō percipit̄ in eadē diastole dr̄ia nisi trium ptiū.Nā ipse dicit se obscura imaginatione qñqꝫ cōprehendisse quatuor.Et ideo cōtinuū nō diuidit nisi in tres ptes.Et qdam dicunt hunc pulsum bispulsantē.Sed de hoc in sequenti capitulo.

¶ Reditiuus ṽo est vt pulsus magn⁹ redeūdo fiat paruus in vna parte.deinde in reditu subtili redit.Et hui⁹ quidem modi est ille cuius quedam specieꝝ in alias ingrediunt̄:ꝛ hoc est vt sit vnus pulsus sicut duo pp̄ter diuersitatem:aut duo sicut vnus pp̄terea ꝙ alie in alias ingrediūtur:ꝛ istud quidem est ₰m sententiam eorum qui in hoc non conuenerunt.

¶ Declarat pulsum reditiuū. Et dicit ꝙ hic est pulsus q in vna parte sui est magnus ⁊ redeundo puus fit. i. q primo facit magnam percussionē in vna pte arterie: deinde redeundo retro facit vnā aliā pcussionē paruā directe: sicut cū pcutim⁹ ab alto cū malleo post pmā percussionez resilit malleus in altū ⁊ redit ad pcutiendū scđa vice incudē: deinde redito subtili id est occulto redit ad debitū sitū arterie sicut post scđam pcussionē notabilē qbusdaz factis paruis agitationib⁹ gescit malleus. ¶ Dicit scđo. ꝙ pulsus reditiuus est ille cui⁹ quedā spēs ingrediuntur alias species: ⁊ hoc est vt sit vn⁹ pulsus sicut duo: id est qꝛ iudicat de vno pulsu sicut si eēnt duo pp diuersitatē. Aut de duob⁹ sicut de vno: ppterea ꝙ alie ī alias igrediunť. ¶ Tertio dicit. ꝙ hoc zᵐ dcm̄: scilz ꝙ quedā illius spēs ingrediant̄ in alias ⁊c. infra est dcm̄ ꝭm sniam illoꝝ qui nō cōuenerūt in isto: scilz ꝙ iste nō dz dici pulsus diuersus in vna parte vni⁹ pulsus. Sed dixerunt ꝙ ille est diuersus diuersitate cadente inter plures pulsus. ¶ Pro intellectu ptis nō pmo ꝙ pulsuz intersectū vt sic non dicit Gal. cōtineri sub isto genere: imo expresse dicit ꝙ nō est de isto genere: vt colligit̄ ex dictis suis in libro de differētys pulsuū. Nā pmo ponit distinctionē supra positam de pulsu diuerso ꝭm vnaz ptem arterie: vel vnius pulsus in tres species: quaꝝ pma fit intercedēte motum arterie qete. scđa vocatur cōtinuus continuo apparente tali motu: tertia vocat̄ superrediens: ⁊ postq̄ de duabus speciebus determinauit: determinat de tertia q̄ est reditiuus. Et dicit ꝙ sūt illi quos Archigenes discretus dixit: ⁊ tñ noīat eos sicut vnū pulsuz. Postea parū dicit de isto getē habēte in medio ꝙ non est discretus hoc textu. Nam eos q in vna diastole deficiunt nequaq̄ dices duos esse pulsus: ⁊ nimirū bispulsant. aperte eniz in eis motus pcedens qđ ꝯtinuū imobilitate media itercidit̄: sed gen⁹ qdē discretoꝝ. Nō ita igit̄ vult ꝙ gen⁹ discreti pulsus nō ita faciūt sic itersecti. ⁊ iō intersecti nō sunt discreti ⁊ p ꝯñs nō reditiui. ¶ Et ex istis cōprehēdes quātū lōge a mēte Gal. ⁊ p ꝯñs Aui. hūc locū exponāt cōiter doctores. ¶ Nō z° ꝙ ī isto pulsu reditiuo pmo fit dilatatio arterie: ⁊ postea recessus puus a digito: ⁊ postea redit puo redito. ¶ Qr āt hoc mō fiat pōt esse trib⁹ modis: vnus modus est ꝙ fiat pma dilatatio magna: deide fiat ꝯstrictio ⁊ systolesa nā intēdēte ꝯstringere: sed puula interueniēte qete ⁊ q̄si subito redeat ad diastolādum. ¶ Scđo mō ꝯtingit. ꝙ fiat dilatatio magna ⁊ velox aut v̄tute itātū vt a sua forti dilatatione resiliāt parietes ⁊ ꝯcidāt parū ⁊ subito redeant ad pmā dilatationē. ¶ Tertio ꝙ facta dilatatione arteria cōcutiat̄ ⁊ nō ꝭm nāe intentionē cōtingēter mouetur eleuādo se versus dextrū ⁊ sinistrū sicut accidit in corde qñ subito tendunt̄ ꝙ ipse ꝯcutiunt̄ vt fit in pulsu ꝯcussiuo: ⁊ accidit ī istis: vt vtar exēplo Gal. sicut si ramū ligni attraherē a suo loco plicādo: deinde subito dimitterē rediret ramus ad locū suū ⁊ nō subito ibi quiesceret: sz ꝯcuteret̄ reuertēdo: ⁊ iteꝝ redeūdo donec in loco suo gescet. ¶ Istoꝝ ergo triū modoꝝ duob⁹ vltimis fit pulsus reditiuus. Prio aūt mō sunt duo pulsus ⁊ nō vnus: naz ibi inter vnā pcussionē ⁊ aliā v̄tus ꝯstringit arteriā qđ nō fit in istis duob⁹ vltimis modis. sed aut nō ꝯstringit̄: aut si ꝯstringit̄ est pp vehemētiā tensionis qđ fit in dilatando vñ pcutiunt̄ parietes arterie ēt v̄sus intus. ¶ Nō 3°. ꝙ qdā antiqui medici: vt Gal. narrat: dicto loco dixerūt istū pulsum reditiuū esse diuersuz ⁊ nō vnū esse sed plures: ⁊ ꝭm istos spēs istius pulsus ingrediunt̄ alias spēs ⁊ qūo ē hoc scilz. ꝙ vnus pulsus qui vere est vn⁹ apud illos sint duo: ⁊ duo veri pulsus ponunt̄ apud illos ita se hēe sicut iste q est vere vnus: ppterea ꝙ in isto vno alie alias igrediunt̄: id est iste alie ⁊ diuerse percussiones ingrediuntur alias totales dilatatiōes vel alio mō dicat textus. ppterea ꝙ alie alias ingrediunt̄. i. ponunt̄ sub alys speciebus ab istis. ⁊ qꝛ (vt dixi) iste igressus spēꝝ spēs: ⁊ ꝙ vn⁹ ē sic duo est apud sniam illoꝝ qui nō cōueniunt in hoc ꝙ iste pulsus debeat dici vn⁹ ⁊ diuersus in vna pte. Et tu nota omnia ista sumenda ex Gal. loco allegato q̄ hic a doctoribus exponētib⁹ sunt omissa. Et loco eoꝝ sunt posite imaginationes false: aut littera est inexposita dimissa: ⁊ etiaz confert intellectum sequentis capituli.

¶ **Cōtinuus aūt est ille cuius diuersitas est ordinata in cōtinuitate nō sensu percepta separatione in eo ad qđ ipsa mutat̄ ex velocitate ad tarditatem. aut econtra. aut ad equalitatem. aut ineq̄litatez in eis. aut ex magnitudine. aut paruitate. aut equalitate in eis ad aliquod eoruz ad quod mutat̄: ⁊ hoc quidem est cū ꝭm similitudinem sui pcedit. ⁊ est cuz accidit vt cū continuatione sua fit in aliquibus suarum partium plus diuersitatis ⁊ in alijs minus.**

¶ In hac parte ponit Auic. ſignificationes haꝝ ſpēꝝ hypoſtaſis nō nālis. Et diuidit̄ in decē partes ſicut ſunt decem maneries. 2ª ibi [Et tu quidem.] 3ª ibi [Hypoſtaſis ṽo adipina.] 4ª ibi [Sanioſa ṽo.] 5ª ibi [Simillaginoſa.] 6ª ibi [Capillaris ṽo.] 7ª ibi [Que aūt.] 8ª ibi [Arenoſa plurimū.] 9ª ibi [Sanguiſugalis ⁊c̄.] ¶ Circa primaȝ partē nota ꝙ petala dicunt̄ partes late pluſq̄ȝ ꝓfunde hypoſtaſis. ergo ſ̄lis raſure inteſtinoꝝ corticalis ab Auic. hic ponit̄ ex parte quātitatis triū modoꝝ: quoꝝ duo ſūt manifeſte latitudinis ad ſenſum: vnus nō ita manifeſte. Et iſtos modos tres ſubdiuidit vt dicā. ¶ Primus ergo iſtius modus eſt hypoſtaſis petaloides magnaꝝ partiū. qr partium ꝑfecte ⁊ manifeſte latitudinis ⁊ lōgitudinis pluſq̄ȝ cōiter eſt furfur. ¶ Scōs modus eſt latitudinis ⁊ ꝓfunditatis ſimilis furfuri. ¶ Tertius eſt ſimilis cernoi. Et cernois eſt ſimilla frumenti ⁊ eſt farina granoſa groſſa: que fit plerunq̄ȝ ex grano ſicilie ⁊ vbi vtuntur ea. primo ergo Auic. diſtinguit ſignificata primi modi. ſcōo ſcōi. tertio tertij. 2ª ibi [Et ex ea qdem.] ibi 3ª [Et cernoidis ṽo.] ¶ In prima parte dicit q̄tuor: ꝙ de hypoſtaſi ſimili raſure ītestinoꝝ: quedam eſt petaloides magnaruȝ partium albaꝝ aut rubeaꝝ que ſignificant que ſunt ex mēbris mingendi. ſ. veſica aut poris vritidibus aut rene. Et albe ſignificant ꝙ ſunt ex veſica ꝓpter vlcera vel ſcabiē. Et rubee carnoſe ſunt ex renibus. ¶ Scōȝ dictū eſt ꝙ ex petaloidibus que ſunt fuſca ⁊ obſcuri coloris ſimilia ſquamis piſciū in liuiditate ⁊ luciditate: ⁊ iſta ſūt vehementer mala ⁊ deteriora omnibus ſpēbus hypoſtaſis nominatis: ⁊ ſignificāt raſuram membroꝝ radicalium. ¶ Tertiū dictū eſt ꝙ duo prima genera nullo modo impediunt. imo plerūq̄ȝ veſicam mundādo ſanāt. ¶ Quartum dictum eſt ꝙ quidam dixerunt ſe dediſſe cuidaȝ in potu cātarides qui minxit cortices venenoſos albos qui cum fricabantur in aquoſitate reſoluebantur: ⁊ tingebāt tinctura rubea qui factus eſt ſanus ⁊ vixit. ¶ Nota ergo hic primo ꝙ petalia ſiue partes late modo dicto mingūtur in vrina plerunq̄ȝ cum ſanie. vnde nō videntur niſi concuſſa vrina. Oportet ergo cum videris in vrina ſaniē agitare ⁊ ꝓſpicere ſi petalia vides natantia ⁊ qn̄q̄ȝ abſq̄ȝ ſanie: ⁊ etiaȝ melius videt̄ vrina circūuoluta fortiter vt natent. ¶ Nota ſcōo ꝙ hec petala qn̄q̄ȝ habent ſubſtantiam duram vt caro vel panniculus: ⁊ tunc non ambigit̄ quin fuerint partes mēbroꝝ per excoriationem vel corroſionē ſeparate. Et cum ſunt alba lata ſunt ex veſica. cū oblonga pauca latitudine ex poris vritidibus aut collo veſice. Cū rubea aut citrina ex rene: ſupra aūt venire nō poſſunt ꝓpter viaꝝ ſtricturam: ⁊ iſta omnia impediunt: ⁊ ſunt mala ſignificātia vlcera in iſtis mēbris. ¶ Qn̄q̄ȝ aūt hec petala non ſunt ita dura: imo cum fricantur digitis reſoluunt̄ in aqua ad modū paſte aut luti aut pinguedinis: ⁊ iſta aliqn̄ ſūt ex mēbris mingendi. Nam qn̄q̄ȝ in eis aggregant̄ quedam res viſcoſe ad modū panniculorum adherentium veſice ⁊ parietibus venaꝝ ⁊ poroꝝ: ⁊ proprie ſunt alba. ¶ Et de iſtis fuit id quod dictum eſt de illo qui ſumpſit in potu cantarides: ⁊ iſta non ſunt mala nec per viam ſigni nec cauſe: nam exitus eoꝝ ſanat oppilationes ⁊ ſignificat illam ſanitatem. ¶ Et de iſtis intelligit Auic. in tertio dicto. Et ideo dixit ꝙ prima duo genera non impediunt. ſ. quādoq̄ȝ non vniuerſal̄r intelligendo. ¶ Aliquādo aūt hec petala que hoc modo reſoluunt̄ per fricationem ſunt ſimilia ſquamis piſcium ⁊ fuſca: ⁊ iſta ſignificant liquefactionem radicaliuȝ mēbroꝝ ⁊ ideo non ſunt niſi mortalia. Accidunt auteȝ quia carne eliquata ⁊ in locis calidis permanente eliquata tranſit in hac forma per vias ſtrictas colatorij. ſed cum veniunt ad veſicam ibi coagulantur ⁊ conuertunt̄ in petala non tanto exiſtente ibi calore vt prohibeat hanc coagulationem. Ex quibus omnes particulas intelligis plane.

¶ Et ex ea quidem que eſt ſicut raſura inteſtinorum eſt quedam que eſt minoris latitudinis q̄ȝ due predicte ⁊ ſpiſſioris ſub̄e que ſi rubea fuerit vocatur herbina: ⁊ ſi rubea non fuerit vocatur furfurea: ⁊ herbine quideȝ ſi fuerint rubee partes plerūq̄ȝ ſunt partes epatis aduſte: ⁊ plerunq̄ȝ eſt ſanguis in eo aduſtus. ⁊ plerunq̄ȝ eſt etiā ex rene. Sed que eſt ex rene eſt maioris cōtinuitatis carnoſa. alie ṽo due plus ſimilant̄ ei que non eſt carnoſa: ⁊ fracturas eſt magis recipiens: ⁊ cum vehementer trahit ad citrinitatē eſt ex rene proculdubio. qm̄ illa que eſt ex epate ad rubedinem trahit fuſcam: ⁊ quādoq̄ȝ aſſociat̄ ei in hoc illa que eſt ex rene. Furfurea ṽo hypoſtaſis qn̄q̄ȝ eſt ex ſcabie veſice: ⁊ qn̄q̄ȝ eſt ex liquefactione membroꝝ: ⁊ differentia inter eas eſt ꝙ cum illic in radice membri fuerit pruritus ⁊ fetor erit ex veſica: ⁊ proprie cum pus prius mictum fuerit ⁊ precipue cum alie ſignificationes vrine demonſtrauerint maturationem: ⁊ fuerint vene ſuperiores ſane complexionis. ⁊ non fuerit in eis macula. immo in veſica. Sed ſi cum inflāmatione fuerit ⁊ virtutis debilitate ⁊ membroꝝ mingendi incolumitate ⁊ color fuſceitati attinuerit erit tūc ex liquefactione humoris.

¶ Ponit ſigna ſcōe maneriei. ſ. que habet furfuris quaſi latitudinem ⁊ groſſitiem: ⁊ tria dicit. primo ꝙ de hypoſtaſi corticali quedam eſt minoris latitudinis q̄ȝ due ꝑdicte ⁊ maioris ſpiſſitudinis. ſ. profunditatis que qn̄q̄ȝ eſt rubea qn̄q̄ȝ non: ſed alba. Et cum eſt rubea vocat̄ oro

biria: ⁊ cum est alba vocatur furfurea. ¶ Dicit secūdo ꝙ orobina si est rubea aut fusca significat liquefactionem partium epatis aut sanguinis adusti: ⁊ qñqȝ est ex rene. Sed si est duoꝝ primoꝝ tūc est magis trahens ad rubedinem fuscam: ⁊ non est ita dura sicut carnosa. imo facilius frangitur ⁊ dissoluitur: ⁊ quando vehementer trahit ad citrinitatem est ꝓculdubio ex rene: ⁊ ista est illa quaȝ dixit supra similem arsenico valde citrino. ¶ Dicit tertio ꝙ furfurea quandoqȝ est ex scabie vesice: qñqȝ est ex liquefactione membroꝝ. Et hoꝝ differentia cognoscitur hoc modo. qr si est illic fetor ⁊ dolor ⁊ pruritus in radice virge. s. circa pecten erit ex vesica: ⁊ ꝓprie quando alie significationes demonstrant vrine maturationem: ⁊ non fuerit macula in venis superioribus totius corporis: sed si fuerit cū iflāmatione ⁊ debilitate v̄tutis: ⁊ cū incolumitate membroꝝ vrine ⁊ color fuerit fuscus: tunc significat ꝙ est ex liquefactione humoris. ¶ Et cause haꝝ diuersitatum sunt siles superioribus: sed est diuersitas: qr cum sunt petala parua fusca resolubilia significāt liquefactionem humoꝝ: magna aūt mēbroꝝ. Et tu ex his ꝯsidera cum tuo iudicio estimatiuo ꝙ nō repugnat hec parua esse ex membris: ⁊ illa magna ex humoribus.

¶ Et crinoidis ꝟo plm est ex adustione sanguinis que ad rubedinem trahit. Et multotiēs est ex liquefactione mēbroꝝ ⁊ eoꝝ rasura si albedini attinet. Et qñqȝ est etiā ex vesica scabiosa ſȝ minus. Et tibi quidem possibile est vt modum differentie inter eas intelligas per illud qḋ iam sciuisti. Si autē nigredini attinet est ex sanguis adustione ⁊ ꝓprie in splene. Omnes preterea petaloides hypostases que non sunt ex causa q̄ sit in vesica ⁊ rene ⁊ cānalibus vrine in egritudinibus acutis malū portēdūt perniciosum.

¶ Nūc ponit significationes tertij modi corticalis. Et dicit tria. primū est ꝙ plm hypostasis crinoidis est ex adustione sanguinis: ⁊ ita trahit ad rubedinem. ⁊ est illa que est similis arsenico rubeo. Et multotiens est ex liquefactione mēbroꝝ ⁊ rasura si attinet albedini: ⁊ qñqȝ: sed rarius est ex vesica scabiosa. ¶ Dicit scḋo ꝙ possibile est tibi considerando superius dicta vt intelligas ⁊ cognoscas istoꝝ modoꝝ drias ex colore. s. ⁊ duritie in fricādo ⁊ passione membroꝝ: sed si attinet nigredini est ex adustione sanguinis in splene: qr ille est niger. ¶ Dicit tertio ꝙ species hypostasis petaloides que non sunt ex renibus vel vesica aut poris vritidibus in acutis egritudinibus ostēdunt malum perniciosum. ⁊ causa regule est: quia ostendunt liquefactionem ⁊ adustionem maturationi opposi tas: ⁊ multum ipsam prohibentes.

Sed dubitatur que istaꝝ triū sit peior. an petaloides magnarum partium: an furfurea: an crinoides. Et videt̄ ꝙ furfurea ex auctoritate Jsaac ⁊ Theophili. Sed ille que magnaꝝ partiū vult Auic. Et videt̄ istos doctores discordasse. Nam Auic. videtur velle ꝙ nunq̄ȝ est magnaruȝ partium fusca nisi ex mēbroꝝ radicalium eliquatione. Sed alie ex humorum possunt contingere eliquatione. ¶ Jtem videt̄ estimasse ꝙ non fiunt petalia lata nisi ꝓpter fundum eliquationē. vnde partes multum viscose ⁊ tenaces eliquantur: sed in crinoidi ⁊ furfurea minus tenaces. ¶ Or si dicat̄ crinoidem fieri ꝓpter nimiam adustionem incinerātem. Hoc Auic. non videt̄ voluisse qr stante vita nō pōt radicaliū mēbroꝝ nobilium tanta fieri ab intrinseco adustio vt ꝓpter illam fiat incineratio: sed plm qḋ facit talis calor in mēbris est dissoluēdo ꝑtes valde glutinosas que cū sunt multe ꝯuertunt̄ in petalia magna: ⁊ ideo deterior est illa magnaꝝ partium. ⁊ ego Auic. iudicium magis probo.

¶ Et tu quidem iam sciuisti ex hac summa carnose dispositionem: ⁊ ꝙ plurimum eius est ex rene: ⁊ quandoqȝ ipsa non est ex rene. Nam ex rene nō est nisi cum caro est sane carnositatis: ⁊ non est in corpore liquefactio: ⁊ vrina quidem matura venarum significat sanitatem: quoniā renum egritudines maturationem non prohibent vrine: quia ipsa supra ipsos existit.

¶ Hic determinat de hypostasi carnosa. Et dixit duo. primū est. tu cognosces dispōneȝ hypostasis carnose ex hac summa ex his que sunt nūc dicta de corticali. Jd aūt qḋ scitur est ꝙ plurimū hypostasis carnosa est ex rene: quia alia vrinalia mēbra sunt neruosa: sed qñqȝ non ex rene. nam qñ est ex rene est integre carnositatis sane. i. dure: ⁊ pro tūc nō est in corꝑe liquefactio. Et per oppositū intellige qñ hypostasis est carnosa ⁊ nō dura: tūc est ex liquefactione mēbroꝝ ⁊ est deterior. ¶ Dicit 2° ꝙ vrina matura. i. digesta significat sanitateȝ venaꝝ. s. supra renes: ⁊ non significat ita renū dispōnes. Et rō est: qr maturatio vrine est supra renes. i. ꝑficit̄ in mēbris supra renes.

Sed hic cadit difficultas. Nam in diabete vrina est penitus cruda: vt prima de crisi ⁊ 18° tertij. ⁊ in illa patiunt̄ renes. ergo renuȝ passio facit vrinā indigestā. ¶ Preterea: vrine patiētium lapidem ⁊ vlcera in vesica plerunqȝ sunt indigeste: vt notat experientia: ⁊ dicit 18° tertij. ¶ Hic dr̄ ꝙ aliqñ sunt ille passiones nō cōmunicātes superioribus mēbris: ⁊ tūc vrina apparet digesta: qñqȝ cōmunicāt epati ⁊ venis: ⁊ tunc variatur digestio vrine per illos. ⁊ tu hāc elige solonem.

¶ Hypostasis ꝟo adipina adipis ⁊ pinguedinis ⁊ etiam carnis significat liquefactionem: ⁊ earum peior est que auri aque similatur. Duo aūt ipsius principia cognoscuntur ex paucitate ⁊ multitudine ⁊ commixtione ⁊ separatione: quoniam cum est multa ⁊ separata existimat̄ ꝙ sit ex parte renis: ⁊ ꝓpter liquefactionem sue adipis: ⁊ si est minus ⁊ maioris commixtionis ex loco magis remoto. Et est cum in vrina frustum album granati grano simile visum fuerit ⁊ erit ex adipe renis.

¶ Determinat de adipina: ⁊ dicit tria. p̊mū est ꝙ adipina significat liquefactionē adipis ⁊ pinguedinis ⁊ aliqñ carnis. Sed illa que est deterior est illa que assimilatur auri aque. Est aūt auꝝ aque tela super aquā putridā natās cū nitore auri ⁊ liuiditate. ¶ Dicit 2° ꝙ principia hypostasis adipine Utrū sit a longinquo aut a renibus cognoscūtur per multitudinē ⁊ separationē ⁊ ꝯtraria. Naȝ quādo pinguedo est multa ⁊ parum ꝑmixta est ex rene: ⁊ qñ est pauca ⁊ multū cōmixta est supra renes a remotiori loco. ¶ Dicit 3° ꝙ cū fuerit visum granū albū in vrina simile grano granati significat ꝙ est ex rene. ¶ Ubi nota p̊mo ꝙ circa renes multa pinguedo inuenit̄ que quando eliquat̄: qr nō multū moratur anteq̄ȝ ad vesicam tendat ideo ⁊ multa est ⁊ paꝝ cōmixta cuȝ aquositate. sed cum pinguedo supra renes eliquat̄ p̊mo illa loca: nō tm̄ abundāt pinguedine. scḋo qr multā viā transit anteq̄ȝ ad vesicā transeat. ideo a calore qui primo eliquauit ⁊ multum consumitur ⁊ mulutm ꝑmiscetur aquositati. ¶ Sed de

illa que est similis grano granati cōsidera ꝙ est ex adipe in ꝯcauo renū qui adeps cum eliquatur paruz transit in poros ⁊ statim coagulat̃ in vesica. Si aūt a lōginquiori loco fuerit. nō fiet ad modū grani granatoꝝ.

¶ **Saniosa vero vlcus significat qđ apertuz fuit ⁊ pprie in mēbro mingēdi: ⁊ pcipue si ibi fuerit sedimen laudatū ad fundū descendens.**

¶ Ponit hic significationes saniose dicēs ꝙ saniosa significat vlcus qđ fuit apertuz ⁊ pprie in mēbris mingendi. ⁊ hoc veꝝ pcipue si vrina fuerit sedimen laudabile recedēs ad fundū. ¶ Ubi nota ꝙ ppter acuitatē vrine mēbra illa aptiora vident̃ ad incurrendū vlcera ꝙ̃ alia membra intrinseca. vnde multo plures inueniunt̃ cum vlcere renū aut vesice ꝙ̃ alioꝝ mēbroꝝ interioꝝ nisi forte intestinoꝝ. Et ideo cuz saniosa hypostasis mingit̃ significat̃ ꝙ ab vlcere venit pcipue viaꝝ vrine accedit ad hāc causaz ꝙ etiā alioꝝ mēbroꝝ vlcera nō ita facilr̃ per vrinā euacuant̃ sicut vlcera illaꝝ viaꝝ. ¶ Nota scđo ꝙ cū in vrina apparet hypostasis laudabilis sube significat̃ ꝙ mēbra superiora sunt sana ⁊ pcipue epar a quo maxime fluere posset de alys membris sanies cum vrina: ⁊ ideo tunc maxime significat̃ vlcus in vys vrine.

Sed dubium est q̄uo in tali vrina in qua est hypostasis saniosa apparet sedimen laudabile. ¶ Dicēdū est iuxta id qđ vidi per experiētiā ꝙ habētes vlcera in renibus aut vesica nō semp migūt saniem in oi sua vrina: imo qn̄q3 eā sine sanie mingunt: ⁊ tunc non ꝯuenit apparere sedimen laudabile: volet g̃ Auic. ꝙ in illis in quoꝝ vrinis qn̄q3 apparet sedimē laudabile: ⁊ qn̄q3 saniosuz multis vicibus significat̃ ꝙ sanies est a vys vrine. ¶ Aut scđo dicit̃ ꝙ nō icōuenit sanie existente in superioribus partibus esse vlcera in vys vrine vnde fiet vrina digesta ⁊ cum sedimine laudato. Sanies autem grauior ⁊ grossior ⁊ pauce commixtionis cū aquositate cito descendit: hypostasis laudata postea: ⁊ non ita ad fundum.

¶ **Et mucilaginosa quidem significat humorē spissum cruduz: aut qđ est in corpore multus: aut ex instrumentis vrine egrediens: aut crisim apertionis vene sciatice: aut doloris iūcturaꝝ. Et hoc quidem cognoscitur ex alleuiatione que post ipsam sequitur.**

¶ Hic determinat de mucilaginosa: ⁊ diuidit̃ in tres. primo facit qđ dictū est. scđo docet vitare duos errores. tertio ponit vnam regulā de significatione mucilaginose. ibi 2ª [Plerunq3.] ibi 3ª [Et vrina.] ¶ Dicit pmo ꝙ hypostasis mucilaginosa significat aliquod istoꝝ quatuor s. aut humorē crudū esse multū in corpore: aut ꝙ multus talis humor egredit̃ ab instrumentis vrine. a tertio crisim apertionis sciatice vene. Et etiam crisim doloꝝ iuncturaꝝ. quartū aūt significatum ponit in sequēti parte. ¶ Causa aūt est clara. Naz hypostasis mucilaginosa accidit: q2 multum de flegmate mucilaginoso pellitur qđ flegma est crudum: hec aūt expulsio: aut est ppter abundantiam eius in toto aut in membris vrine: ppter qđ cogitur natura emittere aliquid eius: aut propterea ꝙ maturatus est talis humor: ⁊ terminatur egritudo que ab illo pendebat: ⁊ tunc plurimum erit terminus sciatice aut podagre a talibus humoribus pendentium. Signū autē qđ accidit hoc modo per viam crisis est alleuiatio que sequitur iuxta sententiā scđi aforismi prime particule.

¶ **Plerūq3 eni subtiliat̃ ⁊ attenuat̃ ⁊ putat̃ hypostasis laudabilis. Quapropter in acutis egritudinibus non est confidendum in eo quod apparet śm similitudinez laudabilis hypostasis: cū nondum fuerit maturationis hora: nec presentes fuerint eius significationes: ⁊ etiam est cum vehementem cōplexionis renis frigiditatē significant. Inter saniosam vero ⁊ crudā existit differentia: quoniam saniosa existit cuz febre ⁊ precedūt ipsam significationes apostematis ⁊ eius partes faciles sunt ad ꝯiungendum ⁊ separandum. ⁊ quedam ex ea est que cum aquositate vehementer miscetur: ⁊ quedam ex ea que separat̃. sed crude est ⁊ turbide ⁊ spisse ⁊ non facile coniungitur nec facile separatur.**

¶ Docet vitare errores. Et facit duo. Primus est ꝙ tu debes scire ꝙ hoc flegma mucillaginosum plerūq3 subtiliat̃ ⁊ putat̃ ꝙ sit hypostasis laudabilis: qđ supple est falsum. Et ex hoc infert Auic. ꝙ in morbis acutis nō est cōfidendum in eo quod apparet śm similitudinem laudabilis hypostasis cum nondum fuerit hora maturationis nec fuerint presentes eius significationes. Et subdit ꝙ hypostasis mucilaginosa quandoq3 significat vehemētez frigiditatem complexionis renuz. ¶ Scđs error est ꝙ aliquando est hypostasis saniosa ⁊ apparet cruda vel mucilaginosa. Et differentia tamē inter eas est quoniā saniosa est cum fetore ⁊ cruda sine fetore. ⁊ saniosam precedunt signa apostematis in aliquo membro. non sic opz in cruda: ⁊ partes saniose faciliter separant̃ quādo vrinale concutitur: ⁊ faciliter coniungunt̃ quando dimittitur quiescere. Sed in mucilaginosa vel cruda est oppositū. imo est turbida spissa que nec facilr̃ diuidit̃ in partes nec faciliter separata ꝯgregatur. ¶ Circa primuz ergo errorem attende ꝙ sepe in eo decipiunt̃ medici. Nam a calore febrili sepe subtiliatur aliquod flegma crudum: ⁊ hz similitudinē laudabilis hypostasis ⁊ non est. Et ideo ad hunc errorē vitandū: opz primo ꝯsiderare nām ⁊ speciē morbi in se: ⁊ videre Utrū in tāto tpe debet esse mā morbi digesta. scđo opz ꝯsiderare alias ꝯditiones oēs dictas supra de laudabili hypostasi: ⁊ Utrū sit similis hypostasis aque rosate cito descēdens. tertio ex alys signis significantibus materie digestionē: sicut sputum: feces: ⁊ q̃dā alie significationes magis a longe digestionem significātes. Residuum est clarum.

¶ **Et vrina quidez in qua plurima mucilaginosa hypostasis apparet quādo est exuberans cū in fine podagre apparet ⁊ dolorem articoruz significat bonum.**

¶ Hic ponit vnam regulam dicēs ꝙ vrina in qua est plurima hypostasis mucilaginosa in fine doloruz iuncturarum ⁊ podagre est bonum signum: ⁊ causa est: q2 significat ꝙ expellitur cretice in bona crisi.

¶ **Capillaris autem est propterea ꝙ humor occultus consolidatur ex calore in ipsum agente que quandoq3 est alba quandoq3 est rubea ⁊ eius consolidatio est in rene: ⁊ ferunt quidam ꝙ in eius longitudine plerunq3 palmi mensura inuenitur.**

¶ Hic docet significata capillaris hypostasis ⁊ causas dicens ꝙ capillaris hypostasis est ppter humorem occultum qui consolidatur propter calorem in ipsum agentē. ¶ Et ista hypostasis quandoq3 est alba quādoq3 rubea:

⁊ eius

⁊ eius consolidatio est in rene. Et quidam dicunt ꝙ in eius longitudine plerunqꝫ inuenitur mensura palmi: ⁊ tu de hoc vide Gal. 4° afori smoꝝ. 18° cōmento. vbi talē rationem adducit ad ostendenduꝫ ꝙ pili illi sunt ex materia ingrossata in renibus ⁊ ibi adusta a calore: quia illi qui hoc patiuntur plurimum sunt vtentes grossa ⁊ viscosa dieta vt comestione fabaꝝ ⁊ casei: ⁊ non curantur nisi cum medicina incidente ⁊ humectante ⁊ subtiliante. Et precipue debetis hoc intelligere si habuerit respectuꝫ ad renes. Et ibi Gal. narrat ꝙ medietatem bracchy habuit aliquis talis pilus in longitudine. ego autem in mōte Alcino vidi hominem qui quotidie per multos annos minxit. Nec dum curatus erat cum multorum medicoꝝ cōsilia secutus esset. ¶ Causa autem ꝑpter quā in renibus generatur ⁊ non in alys membris est: quia ibi est colatorium strictos poros habens a quo oriūtur pori vritides. In transitu ergo per poros materia recipit subtilitatem pili: ⁊ pendet pilus in poro vritide ex vno capite dum ex alio stat adherens colatorio: ⁊ sic loci cōmoditas in alys membris non inuenitur.

¶ **Que autem eramēti fusi frustulis similis existit debilitatem significat stomachi ⁊ intestinorū ⁊ digerendi malitiam in ipsis. ⁊ est plerūqꝫ causa eius comedere lac ⁊ caseum.**

¶ Docet significata hypostasis similis frustulis fermenti in aqua dissoluti dicens ꝙ hec significat stomachi debilitatem ⁊ intestinoꝝ: ⁊ malitiam digerendi: ⁊ quandoqꝫ est ꝑpter comestionem lactis ⁊ casei. ¶ Ubi nota ꝙ hic non debet dicere textus frumenti frustulis sed fermenti. ¶ Nam vrina similis frustulis frumenti est illa que vocatur crinoides: ⁊ de hac dixit Gal. scđo pronosticoruꝫ cōmento. 28°. ꝙ non potest fieri per hunc moduꝫ ꝙ partes cibi indigeste veniant ad vias vrine dure vt erāt: immo est ex adustione humorum: sed ista est similis frustulis fermenti: quod est ad fermentandum panem dissolutum in aqua: ⁊ sunt quedam partes albe grosse viscose sicut fermentum: ⁊ iste accidunt modo dicto. ¶ Non ergo bene dixit Dinus quando concessit hanc esse maneriem aliam crinoidalis hypostasis apparentis in sanis. Sed Auicen. supra ⁊ Gal. loco allegato locutos fuisse in egris. Modus autem quo accidit hec vrina: aut est quia a stomacho tales partes transeunt: aut quia ex chilo crudo generantur in epate.

¶ **Arenosa vero semper significat lapidem qui consolidatur: aut consolidādo procedit aut qui resoluitur: ⁊ que quidem est ex eis rubea est ex rene: ⁊ quando non est rubea est ex vesica.**

¶ Ponit significata hypostasis arenose. ⁊ dicit ꝙ ista semper significat lapidem qui consolidatur aut consolidando procedit. aut lapidem qui resoluitur: ⁊ si est rubea est ex rene: ⁊ si est alterius coloris est ex vesica: ⁊ p rubeaꝫ intelligas citrinam. ¶ Ubi notanduꝫ ꝙ arenosa differt a crinoide: quia est durior ⁊ cōmuniter minoꝝ partium. ¶ Nota scđo ꝙ renes fortem habent virtutem digestiuam respectu vesice. ⁊ ideo superfluitatem diu in eis retentam sibi in colore assimilant: ⁊ propter hoc lapides ⁊ arena renum sunt rubei aut citrini. Sed vesica est debilis digestionis: ⁊ ideo lapis in ea genitus aut est albus: aut ꝑm colorem humoꝝ ex quo fit vt aliquando niger. ¶ Nota tertio ꝙ differentia est inter arenam significātem lapidem qui coagulatur: ⁊ arenam significātem dissolutionem. Nam prima est grossior ⁊ viscosior ⁊ mollior. scđa contrarys modis disponitur. ¶ Nota tamen vt vult Commentator primo epidimiaꝝ illa parte: ⁊ in renibus dolor ponderosus quādoqꝫ arenule a renibus sūt albe sed raro. ¶ Et ego testor me Venetys vidisse mulierem que post dolores renuꝫ vehementissimos: qui versus pecten extendebātur: administrato balneo minxit lapides plures albos ad moduꝫ aluminis roche combusti ⁊ lenes. Ex quo patet ꝙ lꝫ ad plurimū superfluitates sibi assimilent: non tamen semper. Et ex hoc patet quare pili de quibus supra sunt albi.

¶ **Plurimū autem que cineritia est flegma significat aut pus cui ꝑpter longam moram accidit caloris mutatio: ⁊ sectio partiuꝫ. ⁊ est qñqꝫ ꝑpter adustionem que ei accidit.**

¶ Determinat significata cineritia dicens ꝙ plurimum quod significat hypostasis cineritia est flegma: aut pus cui propter longam moram accidit mutatio coloris ⁊ sectio: id est minoratio partium. Et quandoqꝫ est propter adustionem que accidit ei. Cineritia autē differt ab arenosa in duritie. quia non tantuꝫ est dura ⁊ minorationes valde habet partes sicut cinis. ¶ Et causa dicti est: quia non videtur alia materia bene mutabilis in hunc colorē ⁊ modum substantie q̄ due dicte.

¶ **Sanguisugalis vero hypostasis si vehemēter est mixta epatis debilitatem significat: ⁊ si minus hac significat vulnus in cannalibus vrine ⁊ continuitatis solutionem in ipsis: ⁊ si fuerit separata plurimum eius erit in vesica ⁊ in virga. ⁊ nos quidem perscrutabimur hoc in particularibus egritudinibus in capitulo de mictu sanguinis: ⁊ si in vrina fuerint sicut sanguisuge rubee infirmo splenem habente resoluetur vel arescet splen ipsius. Scito auteꝫ ꝙ in egritudinibus vesice non multus egredit sanguis: quoniam eius vene mixte sunt in ipsius corpore calcate ⁊ anguste ⁊ pauce.**

¶ Hic ponit significationes hypostasis sanguisugalis siue sanguinee: ⁊ dicit sex. Primum est ꝙ talis hypostasis quando est multum cōmixta cum aquositate significat debilitatem epatis. Scđm est si est mixta: sed minus significat solutionem contineri in vys vrine. Tertium est ꝙ si est multū separata tūc est ex vesica vel virga. Quartum est ꝙ de hoc magis dicet in tertio in caplo de mictu sanguinis. Quintum ꝙ si in vrina apparent sicut parue sanguisuge infirmo patiente splenem id est grossitiē splenis significat illius morbi salutem. Sextum est ꝙ tu scias ꝙ in egritudinibus vesice non mingitur multum sanguis: quia vene sunt cōmixte cum sua carne calcate angustate ⁊ pauce. ¶ Et tu considera hic dici sanguisugalē sanguineā hypostasim. Et tūc est clara causa prius dicti. nam ex epatis debilitate accidit ꝙ non potest sequestrare aquositatem a sanguine. ⁊ ideo multum de sanguine transit cuꝫ vrina ita a renibus nō pōt bene colari: ⁊ multum de sanguine vadit cum vrina: ⁊ multum est cōmixtus ꝑpter longitudinem vie qua veniunt simul. ¶ Sed diceres pori vritides sunt neruosi: ergo ex eoꝝ solutione continuitatis non egreditur sanguis. ¶ Hic dicit ꝙ sūt neruosi: tamen in eis sunt alique venule quibus apertis fluit sanguis: minus tamen mixtus q̄ ab epate veniens. ¶ Sed iterum est difficultas quomodo ex splene venit sanguis ad modum paruaꝝ sanguisugaꝝ: cū enim splen multo magis distat a vesica q̄ epar magis cōmixtus debet esse aquositati sanguis a splene veniens q̄ veniens

ab epate. ¶ Hic dr̄ ꝙ sanguis iste ꝓpter sui grossitiē ⁊ viscositatem non permiscet cuꝫ aquositate sicut ab epate veniens. nam longitudo vie maiorem facit permixtionem si cetera sint paria.

¶ Hypostasis vero significatio ex quantitate ipsius sumpta multitudine quidem sui ⁊ paucitate declarat cause ipsam efficientis multitudinē aut eius paucitatem. ⁊ ex quantitate quidē sui in magnitudine aut paruitate sui est quēadmodum diximus in hypostasi mucilaginosa.

¶ Hic ꝓsequitur de significatione hypostasis per scdm modum dispositionum consideratarum in ea. s. per considerationem quantitatis: ⁊ dicit duo. vnuꝫ est ꝙ hypostasis multa declarat multitudinem cause facientis ipsam: ⁊ pauca paucitatem. ¶ Dicit scdo ꝙ ex quantitate hypostasis in magnitudine ⁊ paruitate est quēadmoduꝫ dictū est de hypostasi mucilaginosa. ¶ Ubi primo nota ꝙ per multitudinem ⁊ paucitatem hypostasum intelligimus multitudinem ⁊ paucitatem siue magnitudinem ⁊ paruitatem quo ad sui totalitatem. Sed per magnitudineꝫ ⁊ paruitatem intelligimus quo ad parteꝫ hypostasis. ita ꝙ illa dicatur magna que hꝫ partes magnas: ⁊ parua habens partes paruas. ita ꝙ in hypostasi habente partes diuersas: quedaꝫ est que est composita ex partibus paruis: quedam ex magnis: ⁊ de hoc loquitur hic.

Sed tunc sunt due difficultates. Prima est qꝛ hypostasis multa est in egris ⁊ in sanis pauca: sed in sanis causa efficiens hypostasiꝫ est amplior. ergo non est verum ꝙ multitudo hypostasis significat cause efficiētis ipsam multitudinē. Et pꝫ minor: qꝛ v̄tus est amplior in sanis: ⁊ v̄tus est cā efficiēs hypostasim. ¶ 2ª difficultas. qꝛ nō videtur ꝙ significatio hypostasis magne modo dicto sit quēadmodū dictum est in mucilaginosa: qꝛ mucilaginosa multa est bonum signum in fine morborum: sed aliquādo est malum signuꝫ in principijs significans materie multitudinem: hypostasis auteꝫ magnarum partium est semper bona: vt vult Gal. scdo ꝓnosticorum. cōmento 28° cuꝫ dixit. Qd̄ est: qꝛ sedimen diuersuꝫ cuius partes sunt magne est super virtutem significatio nature s̄m magnitudinē illius substātie cōposite ex partibus illis ⁊ rectificatione digestionis eius. Partes autē parue significāt ꝙ mā iā vincit nām ⁊ eam superauit.

¶ Ad primum istorum dicit̄ ꝙ Auic. per causam facientem hypostasim intellexit improprie causaꝫ materialem. s. humoreꝫ vnde decidit̄. ¶ Ad scdm dicit̄ ꝙ hypostasis magnarum partium est bona respectu hypostasi paruarum partium: lꝫ vtraqꝫ non sit optima. Et dicit̄ ꝙ similitudo istius in significatione ad mucilaginosam: est intelligenda ꝙ sicut magnitudo ⁊ paruitas significant in mucilaginosa ita in hypostasi diuersarum partium magnitudo: ⁊ paruitas partium non in mucilaginosa melior est multa q̄ꝫ pauca: ⁊ tu illud intellige non vt dicit Dinus dicēs: ꝙ hec q̄nqꝫ est ex dn̄io virtutis: q̄nqꝫ ex multitudine mãe: ⁊ ꝯcedēs ꝙ hypostasis magnarum partiū est q̄nqꝫ ex dn̄io virtutis: cuius oppositū expresse vult Gal. loco allegato.

¶ Eius autem significatio ex qualitate sui est ex colore quidem ipsius: quoniaꝫ que ex ea nigra est significat malum s̄m diuisiones quas nominauimus. Que tamen ex ea sanior est illa cuius hypostasis est nigra: ⁊ aquositas nō est nigra. ⁊ rubea quidem sanguinis significat proprietatem ⁊ fastidium: ⁊ citrina quidem significat calorem fortem ⁊ egritudinem insidiosam. Et ex ea quidem que alba est quedaꝫ est bona sicut diximus: ⁊ quedaꝫ est mala sicut mucilaginosa aut saniosa aut spumosa maturatiōi ꝯᷓria. Viridis quoqꝫ semita ē ad nigrā. Ex dolore vero eius est quēadmodū dixim⁹ in his que ꝓmissa sūt.

¶ Modo ponit significationes qualitatis hypostasis. Et primo coloris. scdo odoris dicens ꝙ hypostasis nigra est mala s̄m diuisiones nominatas. i. s̄ꝫ modos dictos in capitulo de coloribus. ꝙ sit malus color niger: qꝛ. s. significat vehemens frigus congelans aut calorem adurētem. Sed dicit ꝙ illa est min⁹ mala cuꝫ hypostasis est nigra: ⁊ aquositas non est nigra. ¶ Ubi nota ꝙ quemadmodū dictum est in loco allegato quādoqꝫ vrina nigra est propter crisim egritudinum melancholicarum: ⁊ ita hypostasis ⁊ cum alijs signis multa existens est quandoqꝫ signū bonum: sed quādo non est per modum crisis est signum malum: ⁊ minus mala quando hypostasis est nigra ⁊ nō vrina. nam significatur non tāta esse materiei male multitudo: imo aliquando talis materia digeritur sed raro. ¶ Dicit scdo ꝙ hypostasis rubea significat dominiū sanguinis ⁊ fastidium. ¶ Ubi nota hypostasim fieri rubeā deducto vlcere ex sanguinis dominio: modo dominante sanguine plerūqꝫ est fastidium. nam vna de causis non esuriendi est copia sanguinis in epate. vt 3° nālium virtutum. ¶ Dicit 3° ꝙ hypostasis citrina significat calorē fortem ⁊ egritudinem insidiosam: ⁊ hoc qꝛ significat cholere non pure dn̄ium. talis aūt est multum calida: ⁊ egritudo ab illa est periculosa presertim multa existente materia. ¶ Dicit 4° ꝙ hypostasis alba quedaꝫ est bona de qua supra dictuꝫ est sicut saniosa mucilaginosa: ⁊ spumosa est illa de qua dixi supra cum dicebat̄ ꝙ equalitas est melior tinctura: vnde ibi vide. ¶ Dicit 5° ꝙ viridis est semita ad nigram. Et hic per viridem possumus etiaꝫ intelligere indicaꝫ ⁊ irealem ⁊ phisticalem. Et omnes iste sunt coloris minus mali q̄ꝫ niger in quem terminant̄: lꝫ aliqua nigra hypostasis aliqua viridi sit minus mala. viridis autem vere viriditatis significat choleram ꝫinariam: ⁊ est pessima nec est via in nigram. ¶ De secunda parte dicit ꝙ de odore omnino dicendum est sicut superius dictum est de odore vrine.

¶ Ex ipsius vero situ ⁊ ex lenitate quidem sui ⁊ diuulsione: quoniam lenitas ⁊ equalitas in hypostasi laudata est melior: ⁊ in non laudata est deterior. Sed diuulsio significat ventositates ⁊ digerendi debilitatio.

¶ Ponit significationes ex situ partiū adinuicē: ⁊ cōprehēdit hic lenitatē in supficie: ⁊ asperitatē ⁊ diuulsioneꝫ ⁊ ꝯiunctionē partiū adinuicē. ⁊ dicit ꝙ lenitas ⁊ equalitas in hypostasi laudata est melior. Sed in nō laudata est deterior. Sed diuulsio significat vētositatē ⁊ digerēdi debilitatem. ¶ Ubi nota ꝙ sicut lenitas ⁊ eq̄litas in hypostasi laudata significāt vniforme dn̄iuꝫ caloris nālis sup māꝫ: ita mala significat vniforme dn̄ium male q̄litatis: diuulsio aūt significat vētositatē. Sed iudicio meo qdā sunt modi diuulsionis qui aliqd̄ significāt: vt hypostasis circularis vl' pforata. Nā ista meo iudicio significat materiei viscositatē ⁊ grossitiē: ⁊ cū hoc plurimā caliditatē. Modus aūt est: qꝛ a medio vrine plurimi fumi sursum via recta ascēdūt q ꝓhibēt ꝯgregari hypostasiꝫ circa mediū vrinalis: sed circūquaqꝫ descēdēte mā vnit̄ in circulo ⁊ sui viscositate post vaporum recessuꝫ nō coicidūt ptes.

¶ Eius auteꝫ significatio ex loco sui est: quoniā

aut

aut est natans ⁊ vocatur nubes aut pendens. ⁊ hec quidem est in medio stans que est maioris maturationis q̄ prima. ⁊ ex pendēte illa melior est cuius ruge ⁊ fimbrie ad inferiora declinant: aut ad fundum descendens que est melioris maturationis. hoc quidem est de hypostasi laudata. Non laudata v̄o que leuior est melior existit sicut nigra: ⁊ hoc in febribus acutis: ⁊ similiter si humor est flegmaticus aut melancholicus: quoniaꝫ ea que est vt nubes melior est ea que inferius descendit. significat enim eius subtilitatē nisi cuꝫ causa natationis fuerit multa vētositas: ⁊ si nō fuerit ita natans est melior q̄ pēdens ⁊ inferius descendens est deterior.

¶ Ponit hic significationes ex loco hypostasis in vrina. s. aut supius: aut inferius: aut in medio. Et p̄mo in genere bone vel male hypostasis. Scd̄o dat cās natandi vel ad funduꝫ descendēdi. Tertio ponit regulas speciales in significādo sup locis hypostasis. ibi scd̄a [Et causa qdeꝫ natandi.] ibi tertia [Cūq; in p̄ncipio.] ¶ In prima dicit ꝙ hoc modo significamus ex loco hypostasis. Nam aut natat iuxta supficieꝫ: aut pendet in medio. Et ista significat maiorē maturationē in hypostasi laudata. Et de ista melior est que habet quasi fimbrias ad fundū descēdentes: q2 significat ꝙ in parte materiei ꝓcessit magis digestio. ¶ Alia v̄o est descēdēs ad fundū: ⁊ hec significat meliorē maturationē: ⁊ hic est modus significādi ex loco in hypostasi laudata. Sed in nō laudata illa que leuior est melior est sicut nigra: ⁊ h̄ in febrib⁹ acutis. Et silr̄ si hypostasis sit humor flegmaticus aut melicus: qm̄ nubes est melior q̄ pendēs: ⁊ pēdēs melior q̄ subsidēs: q2 iste signāt subtilitatem nisi fuerit pēdētia ex vētositate. Et si cā nō fuerit vētositas: tūc melior est natās q̄ pendēs: ⁊ melior pēdēs q̄ stans in fundo. ¶ Sꝫ hic attēde ꝙ in corpib⁹ sanis in qb⁹ hypostasis apparet: melior significat̄ digestio ex hypostasi in fundo q̄ pēdēte: ⁊ melior ex pēdēte q̄ ex natante: vnde in tēpato debite exercitato: ⁊ si min⁹ de hypostasi appareat q̄ in tēpato getato: tn̄ illud apparēs est in fundo. ¶ Nota scd̄o ꝙ in egris solēt doctores hāc ponere distinctionem ꝙ hypostasis: aut descēdit magis s̄m grossitiē humoꝝ: ⁊ minus s̄m subtilitateꝫ: aut magis descēdit: q2 caret vētositate: ⁊ minus: q2 ventosa: aut 3° magis descēdit ex ope nature digerētis: tūc dicunt ꝙ maior descēsus ratione opis nature: ⁊ rōne carentie vētositatis est melius signū. Sed maior descēsus rōne grossitiei humoꝝ est deterior: sed hoc planū est ex his que dixit Auic. Nam dixit ꝙ hypostasis laudata est melior descendens nisi cā natādi fuerit vētositas. In nō laudata que fuerit in substantia humoꝝ leuior est melior: q2 isti humores leniores ⁊ subtiliores facilius a virtute vincuntur.

¶ Et cā qdē natāti supius est caliditas cum qua est acuitas ⁊ vētositas. Hypostasis aūt diuulsa in grossa supius natat: ⁊ ꝓprie cuꝫ sit leuis ⁊ in tenui descēdit inferius: ⁊ ꝓprie cuꝫ sit grauis.

¶ Ponit hic causas natandi dicens ꝙ caliditas ⁊ acuitas materiei sunt causa natādi: q2 faciunt mām̄ leuem: ⁊ etiā ventositas. ¶ Dicit scd̄o ꝙ hypostasis diuulsa in grossa vrina superius natat: ⁊ ꝓprie si ipsa sit leuis: tūc sunt tres cause natandi. figura lata: leuitas: ⁊ resistentia vrine. sed in vrina tenui descendit deorsum: ⁊ ꝓprie cum sit grauis: ⁊ causa est clara.

¶ Cūq; in p̄ncipio egritudinis apparet pendēs ⁊ natans postea perseuerat: significat ꝙ crisis cum exitura veniet. Macilentorū v̄o egritudo plerūq; remouetur sedimine bono natante aut pendente: quēadmodum diximus in precedētibus. Et cuꝫ inter nephilim ⁊ enorima ⁊ hypostasim fuerit aliquid simile tele aranee: aut densitas erit signum malū. Et multotiens quidem natans sedimen non bonū apparet ex quo ꝓuenit terror. Sed istud erit principiuꝫ maturationis ⁊ ꝑmutatio ad bonitatē. postea pēdebit: deinde descēdet: ⁊ erit signū non malū. Qꝛ si post ip̄m male ꝓuenerint hypostases timor queꝫ in primis habebamus fiet necessarius.

¶ Hic ponit quatuor ꝑticulares modos significādi ex loco hypostasis. Et diuidit̄ in quatuor partes s̄m regulas. ¶ Primo g̃ dicit ꝙ in p̄ncipio egritudinis apparet sedimen natans: ⁊ postea ꝑseuerat pendēs significat ꝙ crisis veniet cuꝫ exitura. Nec incōuenit ꝙ in p̄ncipio apparet natans sedimen significans occultā digestionē. ¶ Causa aūt dicti est: q2 mā est quodāmodo digesta ⁊ incōplete: ⁊ ideo fiet crisis imꝑfecta: que plurimū est crisis ꝑmutationis. ¶ Scd̄a regula est ꝙ egritudo macilētoruꝫ plerūq; remouet̄ cum sedimine bono pendēte aut natāte: vt dcm̄ est supra. ⁊ cā est: q2 ipsi paucas hn̄t supfluitates ⁊ easdeꝫ leues. Ex qbus seqtur ꝙ in qbusdā hypostasis natans aut pendēs significat cōplementū digestionis. ¶ Sed tunc diceret̄ ꝙ eque ꝑfectā digestionē significaret sedimē natās sicut in fundo. Negat ꝯñtia. q2 digestio cōpleta in humore: cuius sedimen stat in fundo est ꝑfectior q̄ cōpleta digestio in humore: cui⁹ sedimē digestū natat. Sed tu in isto ꝯsidera. ¶ Forte enim nō est verū: nisi vt in plurib⁹ ꝙ sedimen bonū in fundo est melius natāte. ¶ Tertia regula est ꝙ qn̄ inter nephilū ⁊ enorima fuerit aliqd sil'e tele aranee: aut densitas est signū malū. Et cā est: quia significat multitudinē ⁊ diuersitatē materierū quaꝝ vna non digerit̄. s. illa a qua separat̄ illud simile tele aranee. ¶ Quarta regula est ꝙ multotiēs apparet sedimē natās nō bonū: ex quo ꝓuenit terror: sꝫ istud est p̄ncipiū maturationis male materiei ⁊ ꝑmutatiōis ad bonum. deinde pēdebit in medio: ⁊ postea descēdet ad fundū sedimē bonū. Et ego hec pluries vidi. Sed si postq̄ natauit fiat hypostasis mala timor qui habebat̄ in p̄n° fiet necessarius. Et tu ex hoc collige ꝙ lꝫ sit suspecte loquendū cuꝫ vides malā natāteꝫ nebulam nō assertiue dicendum est ⁊ ꝓnosticandum malum nisi perseueret.

¶ Significatio v̄o hypostasis ex suo tempore est: qm̄ si velociter postq̄ mingit̄ descēdit est significatio bona s̄m maturitatē: ⁊ cuꝫ tarde descendit est significatio priuationis maturatiōis s̄m quātitatem sue dispositionis.

¶ Modo ponit significationes ex tēpore descensus hypostasis. Et dicit ꝙ velocitas descēsus hypostasis significat bonitatem maturatiōis: ⁊ tarditas debilitatē illius: ⁊ hoc in vrina significante maturationē. nam in mala ⁊ descendente ꝓpter materierū grauitatem: non propter maturationem est oppositum.

¶ Significatio autem forme cōmixtionis ipsi⁹ est sicut diximus cuꝫ de mictu sanguinis ⁊ adipis mentionem fecimus.

¶ Docet significare ex modo mixtionis. Et dicit ꝙ iudiciū est dandū sicut dictum est de hypostasi saniosa ⁊ sanguinea. nam multa cōmixtio significat materiam a longinquo venientem: sed separatio ⁊ pauca cōmixtio est signum propinquitatis.

¶ De significationibus multitudinis vrine ⁊ paucitatis ipsius. Cap. VII.

Vrina que pauce existit quātitatis virtutis significat debilitatem. ⁊ illa que est minus eo ꝙ bibitur resolutionem significat multam ⁊ ventrem habere ⁊ aptitudinem ad hydropisim. Illa vero que est multe quantitatis: quandoqꝫ significat liquefactionē ⁊ superfluitatum liquefactarum in corpore in vrina euacuationem: ⁊ nos quidem differentiam inter eas cognoscere possumus ſm virtutis dispositionem.

¶ In hoc caplo ponit Auic. signa sumpta ex quātitate vrine. Et primo ponit generalia signa. Secūdo specialia: id est ꝯtracta ad quasdaꝫ alias dispositiones. ibi scđa [Urina mali.] ¶ Dicit primo ꝙ vrina pauce quātitatis significat debilitatē virtutis. Et vrina que est minor eo qđ bibit significat multam resolutionē ⁊ ventrē. i. fluxum vētris: ⁊ aptitudinē ad hydropē. Illa vero que est multe quātitatis quādoqꝫ significat liquefactionē: ⁊ quādoqꝫ significat superfluitatū liquefactaꝝ in corpore euacuationeꝫ. ¶ Dicit secūdo quo ad hāc parteꝫ ꝙ nos possum⁹ cognoscere differētiam istoꝝ modoꝝ in significādo ſm dispositionē virtutis. ¶ Nota igit primo ꝙ vrina dicit absolute multa aut pauca respectu quātitatis mediocris que inuenit in tēperato tēperate recto: vrina autem dicit minoris quātitatis eo ꝙ bibitur. i. ꝓportionaliter minor ꝙꝫ potui correspōdet. ¶ Secūdo nota ꝙ vrina pauca ꝑsertim respectu debite quātitatis cum tanto potu significat vnūquodqꝫ illoꝝ quatuor nō ꝙ sit necessariū ista quatuor dicta esse cum vrina est pauce quātitatis: sed aliquod istoꝝ: vnde si mingit pauca vrina modo dicto: aut est virtus debilis: aut est multa resolutio: aut fluxus vētris: aut aptitudo ad hydropem: ⁊ patet. Nam ex quo stāte isto potu nō mingit aquositas: hoc est aut qꝛ retinet: aut qꝛ aliūde pellitur. Si aliūde pellit non videt ꝙ sit nisi ad ventreꝫ: ⁊ tūc fit multus secessus quem diximus fluxum vētris: aut per vias insensibiles: ⁊ est ꝓpter multā resolutionem. Si aūt retinet aut est ꝓpter debilitatem expulsiue venaꝝ ⁊ epatis: aut est ꝓpterea ꝙ ad aliū locuꝫ declinet vt ad bursam vel ꝯcauuꝫ vētris: ⁊ in vtroqꝫ est aptitudo ad hydropeꝫ. Et ex hoc pꝫ cuius virtutis debilitatē dicit Auic. significare paucitatē vrine. nam expulsiua lꝫ ꝓpter digestiue stomachi defectū ⁊ attractiue renuꝫ hoc possit ꝯtingere. ¶ Nota tertio ꝙ multitudo vrine quādoqꝫ est ꝓpter causam in mēbris vrinalibus: vt ꝓpter fortitudinē attractiue renuꝫ queādmodū accidit in diabete: quādoqꝫ est ex causa extrinseca sicut ex potu vrinatiui pharmaci: ⁊ hos duos modos tacuit Aui. tanqꝫ notos. Sꝫ quādo est ex causa cōi toti corpori: tūc est ꝓpter aliquē duorū modoꝝ hic dictoꝝ. Aut enim est: qꝛ liquefiant humiditates que fluūt cum vrina nō ex dn̄io virtutis sup materiā. ⁊ hoc accidit cum vtutis debilitate ⁊ sine signis digestionis ꝑcedentibus: aut est quia materias iam eliquatas vincit natura: ⁊ ab illis corpus mundificat vt in multis crisibus per vrinam videt. ⁊ hoc est cum virtutis fortitudine ⁊ signis digestionis precedētibus. Et hoc voluit Auicē. dicere in parte vltima littere.

¶ Urina mali coloris malum significans quanto plurima fuerit tanto erit magis salutis nuntia: ⁊ cum intersecta fuerit plus malitiā significabit sicut nigra ⁊ grossa. Urina diuersa dispositionum que quandoqꝫ mingitur multa: quandoqꝫ pauca: ⁊ quandoqꝫ retinetur est significatio pugne ⁊ laboris nature: ⁊ ē significatio mala. Urine multitudo in acutis egritudinib⁹: cuꝫ non post ipsam aduenit requies est significatio ethice ⁊ spasmi ex inflāmatiōe similiter sudor. Urina que in acutis egritudinib⁹ guttatim inuolūtarie mingitur significat in cerebro nocumentum qđ neruis accidit ⁊ musculis. Et si febris quieta fuerit ⁊ signa affuerint salutis pronosticatur sanguinis exitū ex naribus. Sed prima desipiētiam pronosticat ⁊ corruptionem. Cum aūt sani vrina minuitur: ⁊ ꝑseuerat hoc totū ⁊ sentit grauitatem ⁊ dolorem in renibus significat duruꝫ apostema in partibus renis: ⁊ cū in egritudine cholerica multiplicat plerūqꝫ portendit ꝓsperum euētum ⁊ ꝓprie cum est alba ⁊ ad nigredinem facilis.

¶ Hic ponit signa ex multitudine ⁊ paucitate ꝯtracta ad alias dispositiones. Et diuidit in sex partes ſm sex regulas. ibi scđa [Urina diuersaꝝ.] ibi tertia [Urine multitudo.] ibi quarta [Urina que.] ibi qnta [Cum auteꝫ sanis.] ibi sexta [Et cum in egritudine.] In prima dicit ꝙ vrina mali coloris est malū signū: sed quāto fuerit amplior: tāto erit magis nūtia salutis sicut nigra ⁊ grossa: ⁊ cuꝫ fuerit intersecta est magis signū malum: intelligēdo intersectam illam que sine ordine abscindit ⁊ paucificat. ⁊ hoc fuit declaratū supra in caplo de coloribus de substantia vrine. ¶ In scđa dicit ꝙ vrina diuersarum dispositionū que quādoqꝫ mingit multa: qñqꝫ pauca: quādoqꝫ retinet significat pugnam vtutis ꝯtra morbū: ⁊ mām ⁊ laboreꝫ: qꝛ vtus nō dn̄atur. ⁊ ideo est significatio mala. ¶ In tertia dicit ꝙ multitudo vrine in egritudinib⁹ acutis postqꝫ nō aduenit reqes significat ethicaꝫ: aut spasmū qui eueniunt ꝓpter inflāmationeꝫ. Et ratio est: qꝛ significat eliquari corporis humiditates a calore: ⁊ siliter est de sudore. ¶ In quarta dicit ꝙ mingere guttatim ⁊ inuolūtarie in egritudinibus acutis significat nocumentuꝫ accidens cerebro ⁊ neruis. Et ideo si hoc cum quiete febris acciderit ⁊ cum signis salutis: qꝛ post signa digestionis integre significat fluxū sanguinis nariuꝫ. Nam significat ꝙ mā tendit vsus caput: ⁊ ideo ledit cerebrum. Sed ꝑma. i. illa que pure mingit guttatim ⁊ inuolūtarie sine istis signis ⁊ cum febris acuitate significat desipientiaꝫ ꝓpter nocumentū cerebri ⁊ corruptionē ifirmi: qꝛ materia cerebruꝫ apostemabit ⁊ moriet infirmus: qꝛ non moriet cuꝫ victoria nature. ¶ In qnta dicit ꝙ quādo diminuit vrina sani ⁊ subtiliat: ⁊ cum hoc toto sentitur dolor grauis in renibus significat apostema durū in partib⁹ renū: qꝛ significat retineri supfluitates grossas: ⁊ per sanum intelligimus hic neutrū. ¶ In sexto dicit ꝙ multitudo in colica significat vtplurimū ꝓsperuꝫ euentū: ⁊ ꝓprie cum est alba: qꝛ significat ꝙ mā diuertit a loco doloris ⁊ expellit: ⁊ ꝙ nō est eliquatio: qꝛ est facilis exitus ⁊ alba. Ex hoc. n. significatur ꝙ est cum dominio virtutis.

¶ Sermo de vrina sana. Cap. VIII.

Hec est mediocris substantie ⁊ subtilis tincture ad citrinũ trahens ⁊ hypostasis si ibi fuerit bona ex albedine ⁊ lenitate ⁊ equalitate ⁊ figure rotunde ⁊ odoris temperati: neqꝫ fetida: neqꝫ extincta.

¶ In isto capitulo determinat de vrina optima. Et p̃mo illam describit. Secũdo ponit vnam regulã. ibi secunda [Quidam.] In p̃ma pꝫ. quid dicat: ⁊ declaratũ est ex his que dixi in caplo de hypostasi. vtrum in vrina sani sit oportunũ esse hypostasim ⁊ in caplo de substantia ⁊ de colore ⁊ odore. de spuma autem nihil dicit: quia in optima non debet esse.

¶ Quidã aũt dixerunt ꝙ cum huiusmodi vrina subito in egritudine que est in vltimo acuitatis visa fuerit sanitas die sequẽti aderit.

¶ Ponit hic regulã ꝙ qdam dicũt ꝙ quãdo ista vrina subito. i. modicum post principiũ apparuerit in egritudine que est in vltimo acuitatis sanitas aderit die sequẽti. Et puto ꝙ intelligat̃ de prima sequente cretica: ⁊ supposito ꝙ perseuerãter apparuerit. nam hoc est id qđ dicit Gale. primo ꝓnosticoꝝ. cõmẽto. 26. cum dicit de illa vrina. Et ad summũ si illa vrina moratur ꝭm hanc dispositionem in die primo vel nocte que est post ipsum non trãsit egritudo periodum primum ex periodis dieruꝫ crisis. Et in hoc causa est clara: quia materia significatur summe digesta: ⁊ egritudo est valde acuta. ideo in p̃ma die cretica expectanda est crisis perfecta. ⁊ ideo sanitas large loquẽdo de sanitate ipsa.

¶ De vrinis etatum. Cap. IX.

Infantium vrine ad lactis ꝓprietatẽ trahũt ex parte nutrimẽti eoꝝ: ⁊ ꝓpter humiditatẽ cõplexionis ip̃orum: ⁊ tũc declinãt magis ad albedineꝫ. Pueroꝝ aũt vrine sunt spissiores ⁊ grossiores vrinis iuuenuꝫ ⁊ turbidiores: ⁊ nos iam noiauimus hoc ante. Iuuenuꝫ ꝟo vrine ad ignis formã trahũt ⁊ ad substantie mediocritatẽ: ⁊ vrine senũ ad albedinẽ ⁊ subtilitatẽ: est tñ cum sunt grosse ꝭm supfluitates in eis existẽtes quarũ euacuatio multiplicat̃. Decrepitoꝝ ꝟo vrine maioris sunt albedinis ⁊ tenuitatis. est tñ cuꝫ p̃dicta grossities eis accidit: sed raro cuꝫ vrina vehemẽter fuerit grossa apti erunt vt lapis eis accidat.

¶ Hic determinat de vrinis etatũ. Et diuiditur in qnque partes. qꝛ p̃mo ponit quales sunt vrine infantiuꝫ. 2° pueroꝝ. 3° iuuenuꝫ. 4° p̃moꝝ senum. 5° decrepitoꝝ. ⁊ pꝫ partiũ diuisio. ¶ In p̃ma parte dicit ꝙ vrine infantiuꝫ trahũt ad naturã lactis: qꝛ lac est eoꝝ nutrimentũ. Et qꝛ ip̃i sunt multũ humidi: ⁊ ideo sunt albe. Et pꝫ ꝙ qꝛ multum sunt humidi eoꝝ calor est submersus: ⁊ nõ generat cholerã ita multã vt vrina tingatur. ¶ In secũda parte dicit ꝙ vrine pueroꝝ sunt grossiores vrinis iuuenum ⁊ turbidiores. ⁊ huius causa pro parte dicta est cap̃ p̃mo. nam multus somnus ⁊ multa comestio ⁊ fortitudo expulsiue sunt causa grossitiei ⁊ turbulẽtie: ⁊ etiã in caplo de substãtia vrine dictũ est. ¶ In tertia dicit ꝙ vrine iuuenũ trahũt ad formã ignis. i. habẽt tincturã mediã inter rubeuꝫ clarũ ⁊ citrinũ: qꝛ vtroqꝫ quodãmodo participãtes sicut vrina optima. nam veruꝫ tẽperamentũ in iuuẽtute inuenit̃: ⁊ ideo vrina optimi coloris ⁊ sunt mediocres ꝓpter cõplementũ digestionis ⁊ fortitudinẽ resolutiõis. ¶ In quarta dicit ꝙ vrine primoꝝ senuꝫ sunt albe ⁊ subtiles: albe ꝓpter paucitatem cholere ⁊ caloris. Et subtilitateꝫ habẽt ꝓpter debilitateꝫ virtutis expulsiue: quãdo tamẽ in eis pseuerat fortitudo expulsiue: quia supfluitates habent grossas: contingit ꝙ faciũt vrinam grossam. ¶ In qnta dicit ꝙ vrine decrepitoꝝ sunt magis albe ⁊ tenues vrinis p̃moꝝ senum: quia magis deficiũt in eis ⁊ calor ⁊ virtus. Cõtingit tamẽ ꝙ ꝓpter multitudinẽ plurimã superfluitatũ faciunt vrinas grossas: ⁊ hoc significat in eis futurũ lapidem. ¶ Nota tamẽ ꝙ in tẽpore generatiõis lapidis vrina attenuat̃: qꝛ supfluitas retinetur: sꝫ anteq̃ꝫ retineatur habent eas grossas.

¶ De vrinis virorum ⁊ mulierum. Cap. X.

Mulieruꝫ vrine sunt maioris grossitiei ⁊ albedinis ⁊ minoris pulchritudinis q̃ꝫ viroꝝ vrine. Et hoc quidem est ꝓpter debilitateꝫ digestiue earũ: ⁊ ꝓpter supfluitatum ipsarũ multitudinẽ: ⁊ ꝓpter amplitudinẽ cãnaliuꝫ: vnde egrediunt̃ ea que ab eis exeunt: ⁊ ꝓpter illud qđ ex earũ resoluit̃ matricibus ⁊ ad vrine instrumẽta tendit. Masculoꝝ ꝟo vrinas cum moues turbant̃: ⁊ declinat earum turbatio ad supiora: ⁊ est ꝙ ꝭm plurimũ turbidẽtur. Sed mulieruꝫ vrine fere turbidant̃ ex motione ꝓpter paucam separationeꝫ sui: ⁊ habent ꝭm plurimuꝫ supra summitatẽ suam spumã rotũdam: ⁊ si turbide fuerint earum turbidatio pauca erit. In vrinis viroruꝫ ilico cum mulieribus cõmiscent̃ sunt fila adinuicem texta. Urine pregnantiuꝫ sunt clare: ⁊ supra earum superficiem est nebula: ⁊ quãdoqꝫ trahunt ad coloreꝫ aque cicerum: aut aque pedum citrinuꝫ in qua coquunt̃ pedes animaliũ: ⁊ in ipsa est irinus ⁊ supra summitatẽ earũ est nebula: sed quocũqꝫ modo fuerit in medio videbitur sicut cottũ carminatuꝫ: ⁊ est cum in eis sunt velut grana que ascendũt ⁊ descẽdũt. Cũqꝫ irinus manifestior fuerit erit impregnationis principiũ: ⁊ cum loco ip̃ius fuerit rubedo erit in fine imp̃gnatiõis: ⁊ ꝓprie si turbant̃ cum mouent̃. Parientium vrina secũda plurimũ est nigra: ⁊ in ipsa est velut attramẽtum ⁊ sicut sordities.

¶ In isto caplo ponunt̃ dispositiones vrinarũ sequentes sexuũ varietateꝫ ⁊ dispositiones ꝓprias sexibus. Et diuiditur in qnque. Primo ostendit quales sunt vrine mulierum absolute. Secũdo quales masculorum comparando ad mulieres. Tertio quales masculoruꝫ post coitum. Quarto quales pregnantium. Quinto quales enixarum. ibi secunda [Masculorum.] ibi tertia [In vrinis viroruꝫ.] ibi quarta [Urine pregnãtium.] ibi quinta [Pariẽtes.] In prima parte dicit ꝙ vrine mulierum sunt albiores ⁊ magis turbide vrinis virorum ⁊ minus pulchre et magis grosse. Et in hoc assignat quatuor causas. Prima

piꝑibꝰ.℥.iij.olei vulpini.℥.ij.cere parũ:⁊ fac vngtm̃ quo
inungať pars poſterior colli ⁊ ſpina vſqꝫ ad mediũ poſt
purgationeꝫ. ¶ Itẽ.℞.ſtaphiſagrie piꝑis.añ.ʒ.ij.aque
lib.i.ſ.bulliãt ſimul vſqꝫ ad tertie partis ꝯſumptioneꝫ:
poſtea coletur,⁊ addať oxymellis cõpoſiti.℥.iiij.pro gar-

gariçando ieiuno ſtomacho.

⁋ De mortificatione articuloꝝ peduꝫ. Cōſiliū. XXI.

CAſus huius nobilis viri datꝰ eſt mibi i hac forma. Jſte eſt cholericus aduſtus qui ꝓpter nimios labores ꝗs fecit equitādo tp̄e frigido ⁊ hyemali intātuꝫ infrigidatꝰ eſt ꝙ mēbra iſta.ſ.pedes ſic infrigidata ſicut mortua fuerūt:⁊ ex nimia infrigidatione poſtmoduꝫ ita calefacti ſunt ꝙ tm̄ vnus articulus accidit ꝙ ſanus ſit ꝙ mō ſentit:⁊ etiā articuli ita infrigidati ſunt ꝙ illos nō ſentit:⁊ iſte eſt hō.lxij.annoꝝ queritur an iſte de tali macula poſſit curari an nō:⁊ ꝑ quē modū:ſolū hoc mihi ſcriptū eſt:ſꝫ ille nobilis qui tulit cedulā dixit mihi ꝙ frigus ⁊ labores p̄ceſſerūt caſuꝫ illiꝰ articuli:⁊ ꝑ multos annos in q̄bus dictus patiēs fuit ſanus:⁊ ideo īterrogaui de voce iſtius viri ⁊ dixit mihi ꝙ nō eſt valde clara:⁊ ꝗ̄ꝗ̄ ſit paucū illud qđ puto eſſe verū ⁊ cōſulā:reliquū aūt qđ poſſit eē:ſed nō puto ꝙ ſit pena in fine c̄uꝫ ſuo regimine.dico igit̄ ꝙ iſte nobilis paſſus eſt in illo articulo herpeſtiomenū:⁊ ꝙ iſti alij qui nō ſentiunt. ſunt in via ad hāc paſſioneꝫ ⁊ niſi p̄uiderint ꝯtinue ꝓcedit augendo.et cā egritudinis fuit mā cholerica aduſta groſſe ſub̄e oppilās ita poros mēbri vt ꝓhibeat trāſitū ad mēbra ſp̄us: ⁊ ſui maligna qualitate corrūpit mēbri ſubām:⁊ hec mā per ſui cōplexioneꝫ nālē:⁊ fortaſſe multo magis per malum regimen multiplicat̄ in epate ⁊ venis eius:⁊ poſtea paulatim trāſmittit̄ ad mēbra debilia ſicut ſunt pedum articuli in eo ꝓpter multas cās. Jn hac ergo diſpōne p̄mo eſt gn̄alis intētio ad ꝓhibēdum materiei multiplicationē.2° eſt intentio ſpālis ad loca leſa curanda ⁊ reliqua vicina conſeruātur.

Incipiamus ergo a p̄° cum dei bn̄dictione que habet tres ꝑtes.p̄° eſt de regimine vite.ſcđa de digeſtione ⁊ eūatione materie.tertia eſt de rebus medicinalibus tēperātibus epar ⁊ venas ꝓhibendo huiuſmodi cholere generationem.

⁋ Quātuꝫ ad p̄m̄ dꝫ habitare in aere claro tendēte ad humiditatē ⁊ frigiditatē:lꝫ nō exceſſiuā ⁊ vitare aereꝫ calidū:⁊ ſiccū:⁊ fumoſuꝫ:⁊ p̄ſertim ſi fuerit fumus rerū acutaꝝ ſicut ſulfuris ⁊ ſil̄iuꝫ:imo dꝫ euitare habitationē locorū vbi ſunt odores fetidi:ſicut fimi equini ⁊ colūbini vel gallinacij ⁊ ſil̄ium:⁊ aerem vbi ſunt odores acuti ſicut allioꝝ ⁊ ceparum ⁊ porroꝝ ⁊ pipis ⁊ çinçib.⁊ dꝫ vitare aerem turbidum ⁊ ventos ſiccos.

⁋ Jtē nō opꝫ eum multū laborare.imo ſufficit ei ante cibum egtare gradatim ſine multo peduꝫ labore:ſed anteꝗ̄ ſurgat a lecto effuſo vētris onere ſi pōt faciat ſe fricare cuꝫ mātili leni nō aſpero ⁊ leuiter fricādo totū corpus:ſed qn̄ fricant̄ pedes ⁊ crura ⁊ coxe fricent̄ trahēdo ſuꝑius ab iferiori:⁊ ſint fricationes in iſtis locis leuiores alijs:⁊ vitet oēm fortem laborē corporis.p̄cipue tp̄e calido ⁊ in loco calido ⁊ p̄cipue ſtare rectus ſuꝑ pedibus et hr̄e ſtricta calciamenta:aut tenere pedes pendētes ſunt ab eo vitāda ⁊ adhereat quieti pedibus pauſantibus:et nō multum deorſum tendētibus.

⁋ Jtem dormiat horis ſeptē ſi pōt vel octo in die nāli:⁊ dormiat ꝯueniēter cooꝑtus: ⁊ p̄ ſuꝑ latere dextro ⁊ ſuꝑ ſiniſtro:poſt ſtet plurimū ⁊ iacere in lecto decē horis eſt ſibi vtilius ꝗ̄ citius ſurgere.⁋ Et ſi ſomnus ei nō aduenerit comedat oī ſero qn̄ pōt hr̄e ferculum de lactucis cū modico aceti:aut cū vino granatoꝝ:aut cuꝫ agreſta.⁊ ſi lactuce nō inueniunt̄ vt in hyeme vtat̄ decoctione papaueris albi in ſuis ferculis ⁊ amigdalis dulcibꝰ.⁊ lauet ſibi ante cenā bracchia ⁊ manꝰ ⁊ faciē cuꝫ iſta decoctione.℞.violarū.ʒ.ij.ſeminis lactuce.ʒ.i.capitū papaueris albi numero.xv.ordei lib.i.coquant̄ oīa in aqua ſufficiēti lento igne quouſqꝫ aqua toleret̄ ⁊ cuꝫ illa fiat lauāda dicta.⁋ Et ſi iſta nō ſufficiant inungat ſibi timpora nares ⁊ teſticulos ⁊ cum oleo violato aut cuꝫ oleo de papauere albo.Et oīno vitet nimias vigilias ex quacūqꝫ cā.

⁋ Jn cibis aūt ⁊ potibus opꝫ hr̄e ſingularē diligētiam et debent eſſe cibi ſui abſqꝫ ſalſedine abſqꝫ acuitate atqꝫ amaritudine:⁊ nō debēt eſſe multe dulcedinis nec multū vnctuoſi:ſed debēt eſſe inſipidi quo ad ſapores extraneos:tolerant̄ autē ſi participāt leui ſtipticitate aut leui acetoſitate ſicut ſunt quedā poma ⁊ quedam granata et poſſunt participare leui dulcedine qualis inuenit̄ in proprijs pomis ⁊ amigdalis.

⁋ Jncipiamus aūt a pane dicēdo ſigillatim:panis dꝫ eſſe mediocriter fermētatus:mediocriter coctꝰ:⁊ ſine ſale ex optima farina frumēti mūdi cui nulluꝫ aduenerit nocumētū.⁋ Carnes ſibi ꝯuenictes ſunt carnes ꝑdicuꝫ vituloꝝ ⁊ pulloꝝ paruoꝝ:lactātiū capretoꝝ ⁊ agnoꝝ annualiū caſtratoꝝ ⁊ paruaꝝ auiuꝫ:exceptis colūbis ⁊ paſſeribus.Sed carnes ſalitas ⁊ carnes veteres cuiuſcūqꝫ ꝯditionis īteriora aīaliuꝫ anſeres ⁊ anates mergos ⁊ carnes porcinas leporinas ⁊ ceruinas dimittat.capriolibus aūt iuuenibus pōt vti ⁊ porcis ſylueſtribus ⁊ iuuenibus ⁊ recentibus.⁊ reliquas oēs carnes dimittat.lac ⁊ caſeus diuerſis reſpectibus ſunt ſibi incōuenientes cibi.

⁋ Oua gallinaꝝ recētia ſi comedant̄ tenella multe decoctiōis nō cocta cū caſeo neqꝫ frixa ſunt ſibi bona. ⁋ Piſces v̄o recētes qui nō ſunt multū magni hn̄tes.ſ.ſquamas ⁊ boni odoris delectabilis ſaporis oēs ſunt ꝯuenientes ſiue de libero mari ſiue de fluuio ſiue de lacu non cenoſo fuerint.Fetētes v̄o ⁊ nō hn̄tes delectabilē ſaporeꝫ: aut reddētes ſaporē luti:aut non hn̄tes ſquamas:aut nimium magni oīno ſunt mali.⁊ peiores oībus ſunt ſiccī ⁊ ſaliti.⁊ nō comedant̄ in vna mēſa cum lacte vel caſeo.

⁋ De granis ꝯueniūt ei ordeū ⁊ ſpelta miliū ⁊ paniciꝫ: p̄ſertim qn̄ fiūt fercula ex eis decocta cuꝫ carnibꝰ laudabilibus.⁊ tolerant̄ piſa.Sed cicera ⁊ lētes ⁊ faſeolos dimittat:fabe aūt melius tolerant̄. ⁋ De herbis ꝯueniūt endiuia lactuca precipue ⁊ borago ⁊ bugloſſa ſpinachia acetoſa cicorea ⁊ lactuca leporis lapaciū acutū ⁊ portulaca. ⁋ Sed caules abſinthij abrotanuꝫ v̄lrqꝫ oēs hn̄tes multā acuitatē ⁊ amaritudinē vel nitroſam ⁊ mel̄icam ſubāꝫ ſunt male in cibo. ⁋ De radicibus radix endiuie ſylueſtris cocta eēt valde vtilis cuꝫ pauco aceto vel agreſta.Sꝫ raffani ⁊ paſtinace ⁊ cepe porri ⁊ radices feniculi petroſelini ⁊ oēs iſti acuti odoris dimittant̄.rape autē ⁊ napones tolerari pn̄t.⁋ De fructibꝰ poma pira ſunt conuenietia.ſꝫ coctona ⁊ ꝑſica ante alios cibos in ꝑua ꝗ̄titate.pruna matura ⁊ īmatura:granata dulcia ⁊ nō dulcia ⁊ ceraſa acetoſitatē hn̄tia citrāguli:⁊ acetoſitas citri ⁊ quedā neſpille poſt cibū ⁊ vue nō multū dulces ⁊ amigdale dulces ſunt ꝯueniētes dimittat̄ de oī nimia quātitas.fugiat ficus ſiccas ⁊ oliuas ſalitas ⁊ cappares ⁊ reliꝗ̄ in ſale ꝯſernata.nuces ēt ſunt dimittende ⁊ auellane.Caſtance aūt tolerari pn̄t cucurbitas ⁊ cucumeres ſecure in ferculis comedant̄.⁋ A ſpēbus abſtineat ſe quātum pōt.

⁋ Potus eius melior eſt vinum album temperatū cum aqua in eſtate:⁊ debet eſſe pauciferum ⁊ nō nimiū abūdet in potu.⁋ Ciboruꝫ autem preparatio melior eſt per ſe elixatio inter cetera.

⁋ Debet prouidere ꝙ venter ſibi rn̄deat ſalteꝫ ſemel in duobus diebus:⁊ quādo aliter nō reſpōdet iuuetur cuꝫ cliſteri.aut ſumat in prādio coclear vnuꝫ iſtius electuarij.℞.violaꝝ ſiccarū.ʒ.ij.folliculoꝝ ſene.ʒ.iij.epithimi.ʒ.i.tamarindoꝝ purgatoꝝ a ſuis nucleis.pulpe prunorū

siccorũ.ã.ãñ.lib.ʒ.pulpe cassie:syrupi violati.ãñ.ʒ.i.ʒ.misce oĩa simul pistãdo pistãda:ꝛ seruẽtur in vase vitreo.

⁋ Aut sumat aliquãdo deglutiẽdo in aurora quãtitatem auellane de terbentina.

⁋ Caueat oĩno ab ira:ꝛ rixa:ꝛ tristitia ꝛ magna cogitatiõe ꝛ venereis ꝛ silibus. vtatur gaudio tẽperato ꝯuersando cum ꝑsonis sibi dilectis ꝛ audiẽdo placita: ꝛ hec sufficiãt pro prima parte generali intentione.

Pro secũda pte dꝫ omni anno in mense Aprilis purgari accipiẽdo hũ syrupũ. ℞.syrupi de fumo terre:syrupi de epithimo.ãñ.ʒ.ʒ.syrupi violati.ʒ.i.aque buglosse.ʒ.i.aque endiuie.ʒ.ij.ꝛ est syrupus pro vna vice:sumatur calida in aurora sex vicib⁹. ⁋ Sũpto syrupo purgetur cum ista medicina. ℞.cõfectiõis hamech.ʒ.ij.electuarij de succo ros.ʒ.ʒ.pulpe cassie.ʒ.vi.distẽperetur cuꝫ decoctione violarum prunorum:tamarindorum passularum ꝛ liqritie.ꝛ fiat medicina que bibatur calida vna hora ante diem ꝛ supdormiat vsqꝫ ad diem:postea aũt nõ dormiat neqꝫ comedat neqꝫ bibat nisi cõpleta opatiõe medicine:sumat brodiuꝫ:postea prãdeat leuiter:fcã illa purgatiõe dꝫ sumere oĩ mẽse sel diaprunis solutiuis.ʒ.ʒ.

⁋ Itẽ in mane vtatur triasandalis ꝛ in vespe tpe estatis bibet.ij.vel.iij.ʒ.syrupi viol.vel syrupi de acetositate citri trib⁹ horis ante cenã cum aq̃ frigida. ⁋ Itẽ ꝯuenit ei cucurbita ꝯfecta cũ çucchabaro,aut diacitonitate cuꝫ çucchabaro:aut pira ꝛ poma ꝯdita cuꝫ çucchabaro:aut çucchabarum ros.post cibũ ꝛ diaprunis nõ solũ tãtuꝫ ante cibũ ꝛ çucchabaruꝫ rosatũ:ꝛ illa sunt sufficiẽtia quãtũ ad aliã partẽ.

Descendẽdo autẽ ad pticularia partis lese:opꝫ eniꝫ ꝯsiderare ꝙ aut nullus est digitus qui denigretur vel qui sit denigrat⁹ vel tumidus vel aliqs est talis si nullus est talis videatur an in loco vnde remot⁹ est digit⁹ sit gñata cicatrix bona:ꝛ tũc illud qđ remãsit totuꝫ est sanũ ꝛ nõ indiget nisi regimine isto vlt.ꝛ aliqñ leui flõmia de grossiori vena que inuenitur in dorso pedis ĩter mediũ digitũ ꝛ minimũ:ꝛ ꝙ qñqꝫ lauetur ieiuno stõcho cuꝫ aqua decoctiõis anheti. ⁋ Sꝫ si nõ est facta cicatrix in loco vnde remot⁹ est digit⁹ opꝫ factis purgationib⁹ gñalib⁹ suprapositis ad quas faciẽdas:si ita nõ est expectet tẽpus:ꝛ facta postea flõmia de aliqua vena grossiori apparẽti circa iũcturã pedis in loco sano pedis omni die supponẽ dꝫ defensiuũ vnguẽtũ lotuꝫ quatuor digitis ꝛ locus vlceris opꝫ si vult verã sanatiõeꝫ ꝙ incidatur cuꝫ cultello forti ꝛ ignito.vel si sit ibi os ꝛ sit nečius ictus fortis cuꝫ malleo ꝑparetur parua securis ꝛ incidatur ꝛ separetur a toto tota pars ĩfirma.ꝛ si vicina eẽt aliq̃ iũctura melius eẽt incidẽ in iũctura etiã si ptes capet de sano: ꝛ statim facta incisione debet locus cauteriçari cuꝫ ferro ignito:ꝛ postea curari cũ vnguẽtis remouẽtib⁹ escarã:et põt facere cum pulte vel emplo facto de farina fabarum ꝛ melle.ꝛ remota escara curari dꝫ cuꝫ vnguẽtis incarnatiuis.ꝛ vltimo cũ cicatriçatiuis sicut curantur alia.ꝛ ista est vera cura ꝛ secura.nã qñ ꝓcedimus cuꝫ medicinis multotiens cadit error. ⁋ Si võ ĩfirmus nõ tolerauerit hãc maneriẽ pp timorẽ:tũc saltẽ totũ qđ est mortificatũ abscindatur libere:ꝛ pars vicina que remanet adhuc infecta dꝫ scarificari cũ rasorio faciẽdo scarificatiões plures ꝓfundas tãtũ quãtũ egritudo ꝓfundat:ꝛ factis scarificatiõib⁹ vt mã mala exeat dꝫ loc⁹ embrocari cuꝫ lisciuio ꝛ aceto ꝛ sale ꝓiciẽdo tot ab alto tepidũ sup locũ scarificatuꝫ q̃titate triũ librarum paulatim paulatim:ꝛ postea siccetur cũ pãnis:ꝛ sup eũdẽ locũ ponatur vngtm̃ egyptiacũ qđ fit isto mõ. ℞.mellis.ʒ.xiiij.aceti fortis.ʒ.vij.floris eris: siue viride eris.ʒ.v.olibani minuti ꝛ subtilissime puluerizati.ʒ.ij.ʒ.coquatur ad ignẽ vsqꝫ ad spissitudinẽ. ⁋ Et sup ptẽ sanã ponatur defensoriuꝫ qđ fit h̃ mõ. ℞.boli armeni lib.i.sanguĩs draconis terre sigillate.ãñ.ʒ.ij.aceti ꝛ albuminis oui.ãñ.q̃tũ sufficit ad faciẽdũ totũ ad modũ vnguẽti:ꝛ ponatur sup sanã partẽ. ⁋ Et si in p⁹ vel in 2⁹ vice nõ vides paulatiꝫ carnẽ nõ moueri quã scarificasti,ꝓyce sup colcotar pulueriçatũ.aut aliqđ aliud forti⁹ caustičũ: iuxta sñiam pñtis chirurgici.Et qñ cõbusserit ptẽ carnis mollificetur cuꝫ butyro q̃usqꝫ cadat pars illa:ꝛ totiẽs hoc fiat inouãdo medicinã cauteriçatiuã ꝛ post ipam apponẽdo butyruꝫ. ⁋ Si võ est vnus digit⁹ vel plures qui iam nõ sentiãt:ꝛ ꝙ caro sup eis tendat ad nigredinẽ:illi sunt incidẽdi ꝛ residuũ cauteriçãdũ:vt est dictuꝫ supra. ⁋ Et ꝯsiderentur duo.p᷑m est ꝙ si non fiat hoc mõ corruptio magnificabit ꝛ pambulabit per pedẽ:ꝛ erit tũc nečium abscindẽ pedẽ itegrũ sicut nũc est dictũ de articulis:aliter ꝓducentur ad mortẽ. ⁋ Scdm ꝯsiderãdũ est ꝙ qñ eẽt curat⁹ obseruet regimẽ istud:aliter nõ eẽt mirãdũ si rediret hec corruptio ad aliũ locũ piculosiorẽ ꝛ faceret mortẽ.ꝛ hoc ego pluries in plurib⁹ vidi:ꝛ opꝫ ꝙ exequentur ea q̃ ego dixi:pcipue quo ad ptẽ chirugie ipꝫ hẽe bonũ chirugicũ pñtẽ qui cogñscat loca incisionis faciliora ꝛ terminũ sup carnẽ bonã ꝛ malã ꝛ sciat quot vicib⁹ opꝫ admĩstrare medicinas cauteriçatiuas:ꝛ q̃to tpe alia q̃ sunt dicta.

⁋ Uerum qꝛ qñqꝫ corruptio extremitatũ nõ solũ est pp herpestiomenũ ꝛ scachilos:sꝫ pp leprã dꝫ iste nobilis cõsiderare si in eo vox est facta rauca:ꝛ si pili cadũt de barba:et si veniunt sibi pustule male in facie aut in residuo corpis. Et si h̃ est qđ deus auertat nihil habebit facẽ de cauterijs iã dictis:nec de ope chirugie:sed opꝫ ꝙ obseruet regimẽ supradictũ de vsu exercitij ꝛ quieti somni ꝛ vigilie aeris cibi ꝛ pot⁹ euõnis ꝛ repletiõis ꝛ accñtiũ aĩe:ꝛ ꝙ comedat de illis ꝯfectiõib⁹ refrigeratiuis.ꝛ aliqñ faciet leues purgatiões cum electuario isto facto cũ cassia ꝛ syrupo violato: sed purgationẽ gñalem specter facere vsqꝫ ad tps supradictũ. ⁋ Et mẽbra lesa debẽt iũgi cuꝫ vnguẽto de cerusa qđ fit hoc modo. ℞.merdasengi cerusꝫ.ãñ.ʒ.vi.plũbi vsti:scorie ferri:argẽti viui extincti cũ saliua.ãñ.ʒ.v.masticis olibani.ãñ.℥.ij.olei ros.ꝛ aceti tãtũ quãtũ sufficit terantur terenda subtilissime in mortario:ꝛ postea ponatur parum olei ꝛ parum aceti:ꝛ cũ illo pistello incorporetur:ꝛ sic successiue iũgẽdo parum olei ꝛ parum aceti q̃usqꝫ totũ ĩpinguescat ad modũ vnguenti:ꝛ in fine addatur pro vnaquaqꝫ vncia vnguẽti cãphore.℈.i.que dissoluatur in aceto ꝛ oleo:ꝛ postea incorpetur cũ dicto vnguẽto. ⁋ Hec sunt que mihi vidẽtur sufficẽ eẽ nečia in hac dispõne:lꝫ potuissent multa dicere circa hũc actũ chirugie que ego suꝫ expt⁹ esse:qñqꝫ nociua:qñqꝫ vtilia:ꝛ qñqꝫ supflua.ꝛ h̃ ꝯsiliũ est factũ per me magr̃m Ugo. Bẽtium medicũ Senẽñ. Papie die p̃ Decẽbris. M.cccc.xx.

⁋ De catarro et multo somno et preparatione ad colicam. Consilium. XXII.

Casus huius nobilis viri est capitis humiditas cum mã catarriçãte ꝛ ad stomachũ descẽdẽte ꝛ faciẽte ipm multũ dormire:ꝛ ꝓpter hoc etiã paratus est ad cholicam ꝛ vẽtositatẽ ꝛ retẽtionem fecum:ꝛ timet impinguari in ꝓcessu etatis:ꝛ ꝯstat ꝯsiderãti predicta ꝙ ille põt preseruari.qꝛ lapsus est in frigiditate nãliter ꝛ humiditate tam fm cerebruꝫ q̃ fm stomachũ ꝛ intestina:ad quẽ lapsum sequuntur ista accidentia supra scripta.faciam ergo ꝯsiliuꝫ inuocato diuino auxilio incipiendo ab aere vt decet.

⁋ Sit aer sue habitatiõis calidus ꝛ siccus:nõ tamẽ multum recedẽs a tẽperamẽto:ita ꝙ habitet in camera iter duo solaria aperta ad orientẽ ꝛ permittat in mane aereꝫ

per solẽ

per solem rectificari. Et in tẽpore frigoris calefaciat cuꝫ
igne lignoꝝ siccoꝝ: ⁊ cõfert sibi in estate ingredi stuffaꝫ
siccã ad sudandũ in ea: sed nõ est cõueniens stuffa humi
da ⁊ balneatio in aqua dulci tepida: ⁊ caueat ventos me/
ridionales ꝑcipue: ⁊ caueat morã sub radijs lune: ꝑsertiꝫ
de nocte ⁊ intrãtib⁹ ꝑ fenestras: ⁊ nõ habitet camerã ter
renã nec loca ꝓpinqua vallib⁹ ⁊ aquis ⁊ stagnis.
¶ Omni mane euacuatis supfluitatib⁹ p̃me digestionis
⁊ secũde exerceat se exercitio ambulãdi: ⁊ icipiat grada/
tim ⁊ leui ascẽdendo ad forti⁹ ⁊ velocius ⁊ duret ad mi/
nus per horaꝫ: ⁊ ita ꝙ incipiat fatigari: ⁊ tunc paulatim
remittat motum suũ: ita ꝙ tandẽ quiescat: ⁊ tunc faciat
sibi leniter fricari caput ⁊ tergere.
¶ Debet dormire in loco calido ⁊ bene coopertus ⁊ hẽre
in capite hora somni plus ꝙ̃ de die: ⁊ nullo mõ dormiat
capite discooperto: ⁊ sit situs suus cuꝫ capite eleuato. Et
primo sup latere dextro. deinde super sinistro: ⁊ in fine
super dextro: ⁊ dormiat in nocte nõ in die: ⁊ sit somn⁹ cir
ca horas. vi. vel. vij. in die nãli: ⁊ nõ dormiat resupinus:
nec statim post repletionẽ: imo expectet post cibuꝫ dua/
bus horis anteꝙ̃ dormiat: verũ si tẽpus nõ hꝫ vt cõiter
studẽtes in hyeme: sumat cenã leuiorẽ: ⁊ paꝝ potet in ce/
na: nec tñ statim post vadat dormitũ. ¶ Somn⁹ aũt me
ridianus est malus ⁊ vitet ipsuꝫ ꝙ̃tũ põt: ⁊ silr vitet dor
mire in loco frigido ⁊ humido.
¶ Omni diligẽtia faciendũꝫ est ꝙ saltem aut semel aut
bis habeat omni die ventris beneficium: ⁊ si nõ cũ alio:
saltem sibi esset vltimũ clistere cum decoctione anisoꝝ
⁊ feniculi ⁊ blitarũ. añ. M. i. ⁊ post coletur ⁊ in colatura
ponaꝛ olei anhetini. ℥. iij. ierepigre. ℥. i. salis. ℥. ij. ⁊ fiat cli/
stere. Sed si h̃ est sibi graue: tũc ponam hic plura quoꝝ
vnũqδq; est sibi vtile ⁊ leue ⁊ sine custodia. ¶ Primuꝫ
est ferculũ factũ cũ mercuriali: aut cũ extremitatib⁹ vr/
tice: coquẽdo cũ carnibus vel oleo: ⁊ ad danduꝫ bonũ sa/
porẽ ponẽdo int⁹ aliqd de calamẽto: aut hyssopo: aut thi
mo: aut de alijs herbis odoriferis: ⁊ sumãtur añ alios ci/
bos. ¶ Scδm est capere quinque ficus siccas bene pin/
gues ⁊ calefacere ad ignẽ: ⁊ eas in p̃n° prãdij comedere.
¶ Tertiũ est ponere in ferculo vel bibere in p̃n° prãdij
ʒ. i. hyssopi sicci. ¶ Quartũ est vtili⁹ pro eo. s. cape in prã
dio. ʒ. i. thimi sicci in brodio carniuꝫ: aut in aqua mellis.
¶ Itẽ loco istoꝝ põt sumere quãtitateꝫ ciceris de aloe.
¶ Iteꝫ hoc est vtile. ℞. medulle carthami. ℥. i. medulle
ficuũ siccaꝝ pinguiuꝫ. ℥. x. pistenꝛ simul in mortario: ita
ꝙ totũ appareat vnum electuariũ: ⁊ de eo capiatur quã/
titas nucis in introitu prandij: aliquo enim istoꝝ vtatur
ad hoc vt venter sit lubricus: cõuenit ẽt primũ brodium
cauliuꝫ bñ coctoꝝ ⁊ primũ brodium lentium.
¶ Cibus aũt eius dꝫ esse tendens ad caliditatẽ ⁊ siccitatẽ
non multuꝫ: ⁊ abstersiuus subtilis facilis digestionis nõ
ventosus nõ viscosus: ⁊ ideo panis ei⁹ dꝫ eẽ ex bono fru/
mento anni sui: factus ex farina nõ exq̃site munda a fur
fure: ⁊ debet esse fermẽtatus ⁊ coctus multũ ⁊ hñs aliqd
salis ⁊ anisoꝝ secum cõmixtum: ⁊ non comedatur cali/
dus vt defertur a furno nec post quartã dieꝫ: ⁊ fugiat pa
nem açimũ ⁊ nõ bene actũ ⁊ panẽ alioꝝ granoꝝ: ꝑcipue
fabaꝝ. ¶ Carnes sibi cõuenientes sunt hedoꝝ ⁊ caprio/
loꝝ lactẽtiũ paruoꝝ: maxime inter quadrupedes ⁊ tole/
ranꝛ porcoꝝ syluestriũ iuueniliuꝫ ⁊ castratoꝝ annualiuꝫ
⁊ cuniculi ⁊ iuuenũ ceruoꝝ. Male autẽ sunt bouin ⁊ ca
pretaꝝ ⁊ pecudum porcoꝝ domesticoꝝ ⁊ agnoꝝ. ¶ In/
ter aues aũt meliores sunt paruaꝝ auium degẽtiũ in ar/
borib⁹ ⁊ pratis ⁊ colũbaꝝ volare incipientiũ ⁊ perdicuꝫ
⁊ turturũ pulloꝝ ⁊ fasianoꝝ iuuenuꝫ: sed dimittanꝛ an/
seres ⁊ anates: ⁊ carnes alie auiuꝫ aquaticaruꝫ ⁊ grues ⁊
ciconie ⁊ meriguli: ⁊ vlr carnes multũ veteres: aut mul/
tuꝫ nouiter nate ⁊ interiora: excepto epate pulli: ⁊ capita
oĩa dimittanꝛ ⁊ colla: ⁊ melior est ꝑs anterior versus cor
⁊ in anteriori melior est dextra: ⁊ caro rubea melior est
pingui valde: debẽt tñ esse aĩalis sani ⁊ mediocriter pin/
guis. ¶ Uitelli ouoꝝ gallinaꝝ recentiũ ⁊ nõ multuꝫ cõ/
cti sunt boni siue per se sumanꝛ siue cuꝫ aliquib⁹ herbis
odoriferis siue in ferculis: ⁊ cuꝫ alijs modis suaꝝ prepa/
rationũ: ⁊ sunt meliores si cũ aromatib⁹ sumãꝛ. ¶ San/
guis animaliũ coctus nõ est bonus: lac toleraꝛ in estate:
⁊ solum acceptũ cũ melle aut çucharo: sed tamẽ melius
esset dimittere. Et caseus tam recẽs ꝙ̃ salitus est malus:
põt tamẽ parũ quid loco saporis in ferculis ponere: ⁊ pa/
ruꝫ post cibũ comedere. ¶ Inter grana ⁊ legumina pau
ca inueniunꝛ cõuenientia: sunt. n. fere oĩa ventosa: sed tñ
brodiuꝫ cicerum est vtile ⁊ toleratur far ⁊ ordeũ ⁊ pani/
cum ⁊ spelta: ⁊ dꝫ sumi cũ pipere: vitãde sunt fabe cor. ci/
cerum lentes riçum frumẽtuꝫ. ¶ De herbis cõueniunt
maiorana mentha origanũ petrosilinũ macedonicuꝫ ser
pilluꝫ absinthiũ abrotanũ rutha arthemisia calamẽtum
pulegiũ sisimbriũ hyssopus thimus saturegia matricaria
herba sancti Ioãnis saluia ⁊ similes: ⁊ toleranꝛ borago:
buglossa: mellissa: blita: spinachia: ꝑsertiꝫ mixte cũ odo/
riferis: sed mala est lactuca papauer portulaca solatrum:
caules aũt hñt ꝯueniẽs brodiũ: sꝫ rapicie nõ sũt boni nu/
trimenti. ¶ De oleribus vitet raffanellos ⁊ rapas: ⁊ na/
pones ⁊ pastinacã ⁊ cepas ⁊ porros. Ista. n. generãt vẽto/
sitatẽ ⁊ nõ resoluũt eaꝫ. Sed põt vti allio: qδ lꝫ ventosi/
tatem generet: tñ plus dissoluit: ⁊ dimittat cucurbitas: ⁊
cucumeres: ⁊ capiat cappares salitos ⁊ anhetũ ⁊ enulã ra
dicẽ rosmarinũ. Sparagos ẽt cũ pipe tolerare põt. Fun/
gos ⁊ tubera oẽs fugiat oĩo. ¶ De fructib⁹ ꝯueniũt fic⁹
sicce ⁊ vue passule ⁊ grana pini. raro autẽ alij cõueniunt
nisi grana iuniperi ⁊ oliue salite: ⁊ bacca lauri: sꝫ sũt ma/
le ficus recẽtes ⁊ vue recẽtes. ¶ Pisces nõ sunt boni in
se: sed sumanꝛ cum aromatibus. s. pipere ⁊ pauco aceto ⁊
sale: ⁊ sint ꝑui squamosi ⁊ ex fluuio bone aque aut libe/
ro mari: ⁊ silr saliti sint huius cõditionis. Cancri ⁊ gam/
bri comedanꝛ simili modo. ¶ Et nõ vtatur in vna men
sa multa varietate ciboꝝ. Si tñ vti cõtingat: tunc prepo
nat subtiles ⁊ fluuidos: ⁊ minus ex toto edat.
¶ Potus suus sit vinum album paruũ aut temperatum
cum aqua: ⁊ si non habet albuꝫ sit pauce rubedinis: ⁊ sit
oĩno paruũ: ⁊ fugiat vina potentia.
¶ In accñtib⁹ aĩe põt libere qñq; irasci: ⁊ cogitare ⁊ me/
ditari: sed ieiuno stomacho caueat hoꝝ supfluitates. Et
hoc de regimine sex rerum nõ nãlium.
¶ Sꝫ q̃a multiplicat flegma multũ in capite ⁊ in stõcho:
ideo nõ sufficit sibi ad itegrã ꝑseruatõeꝫ solus vsus debi
tus vite in sex reb⁹ supradictis: ꝑcipue cũ nullus fere ita
ad iurgiũ regimẽ facẽ possit: maxĩe studẽs. Et iõ puto ꝙ
in veris initio. s. in mẽse Martij sit purgãdus capiendo
hũc syrupũ. ℞. syrupi ace. cõpositi: oxymellis sgl. añ. ℥. ß.
mellis ro. colati. ℥. i. deꝛ cũ. ℥. iij. decoctiõis ex aniso feni/
culo cina. ⁊ pipe: q̃ꝝ vniuscuiusq; sit. ʒ. i. ⁊ bulliuerint in
lib. i. aq̃ vsq; ad medietatis ꝯsũptiõeꝫ. ¶ Sũpto syrupo
purgeꝛ sumẽdo has pillas: ⁊ sũt cũ bõa custodia. ℞. pil/
lulaꝝ cochiaꝝ: pillaꝝ fet. añ. ʒ. ß. fiãt. vij. ⁊ sumãꝛ in vice
vna in aurora ⁊ ea die caueat a frigore ⁊ non cõedat nisi
trãsactis. vi. horis post eaꝝ assũptõeꝫ: ⁊ añ cibũ ꝑ horã bi
bat. ℥. iiij. aq̃ cale cũ. ℥. i. çuc. ru. Silẽꝫ purgatõeꝫ faciat cir
ca p̃n᷑ Octobris. ¶ Et vtaꝛ in ferculis suis istis aroma/
tib⁹: de q̃b⁹ in tp̃e frido ponat in bõa ꝙ̃titate. ℞. anisoꝝ
cimini: seis feniculi. añ. ℥. i. galãge. ℥. ß. gariofi. cinamomi.
añ. ʒ. iij. croci. ʒ. i. pipis albi ⁊ lõgi. añ. ℥. ij. çinçiberis albi

ʒ.i.pistent ⁊ fiant spēs in puluere pro ferculis. ¶ Item ante prādiuz tēpore hyemis si nō sufficit ad vētositatez remouēdā ⁊ iflationē sumere spēs dictas sumat.ʒ.i.diatrion pipereon. Item fortius est diaspoliticon qd̄ sic fit. ℞.seis ruthe:pipis albi ⁊ longi ⁊ nigri.aā.ʒ.ij. salis nitri ʒ.ß.mellis qd̄ sufficit. Itē fortius est electuariū d̄ baccis lauri. ¶ Et ꝯuenit sibi multum ad oēs intentiones suas catarri colice:⁊ diminuēde piguedinis sumere semel in mense has pillulas. ℞.piperis nigri albi ⁊ lōgi gariof.salis indi origani çinçiberis cardamomi cinamomi seminis peonie.aā.ʒ.i.ß.mirabolanoꝝ nigrorū.ʒ.iij. aloes ad pōdus oīuz:⁊ fiant pillule cū aq̄ ruthe:⁊ sumat.ʒ.i.cū vino albo bono ante cibū:⁊ sunt sine custodia. ¶ Si autez videtur sibi ꝙ male educāt tūc capiat de istis. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ:seminis althee rosarū siccaꝝ. aā.ʒ.ij. lingue auis:granoꝝ pini:seminis eruche:çinçiberis piperis longi:mirabolanoꝝ nigroꝝ belliricoꝝ: seminis sparagi: seminis vrtice piretri: squille assate. aā.℈.ij.aloes turbit.aā.ʒ.ß.diagridij.℈.ß.croci.℈.ij. confice pillulas cū aqua ruthe:sumat.ʒ.ß.vsq3 ad vnaz ⁊ sunt mirabiles. ¶ Confert etiā sibi masticare in mane masticez ⁊ piper ⁊ çinçi.⁊ piretruz vnūquodq3 sigillatim: aut oīa simul:⁊ spuere illud qd̄ ad os venit de humiditate: facere etiam sibi corrigiā de itestino lupi est valde vtile ⁊ ferre iuxta carnē. ¶ Et q2 fortasse pillulas nō facil'r sumit: ideo loco pillulaꝝ vellet capere ꝯfectiones solutiuas in vere ⁊ autūno:loco illaꝝ pillulaꝝ que supra scribunt sumēdo post syrupū pōt vti hac medicia. ℞. electuarij indi.ʒ.ij. diafiniconis.ʒ.i.ß.distēpera cū hac decoctōe. ℞.mirabolanoꝝ citrinoꝝ emblicoꝝ.aā.ʒ.i.ß. passularū.ʒ.i. anisoꝝ feniculi dauci.aā.ʒ.ß.fac bulliri in lib.i.aque vsq3 ad tertiam partē remanētis. ¶ Et si pōt vtat in mense bis clisterijs.huiusmodi etiam si nā mediocriter responderet. ℞.anisoꝝ carui ameos dauci.aā.M.i. cartami centauree minoris.aā.ʒ.ij.fac bulliri in lib.iij. aq̄ vsq3 ad consumptionez medietatis ⁊ cola ⁊ adde olei anhetini.ʒ.iij. ierepigre.ʒ.i.salis qd̄ suffic. ¶ Si v̄o dolor iuaderet statim a p̄ncipio faciat hoc dictum clistere:⁊ si sufficit bene est:si autē nō sufficit itereť ⁊ venter calefiat cū pānis calidis ⁊ cū spōgia infusa in aqua decoctionis camomille anheti melliloti ⁊ anisoꝝ:⁊ postea exp̄ssa ⁊ calida posita sup ventrē. Et iungat vēter cū oleo anhetino calido: aut de oleo rosaceo. ¶ Si aūt ista nō sufficiūt tūc fiat clistere dictum: ⁊ loco ierepigre ponatur ieralogodion.ʒ.iij. ¶ Ad vltimū si alia clisteria nō sufficiāt: tunc ℞.gallū decrepitū audacē:⁊ fac mori preliando: ⁊ post decoleť ⁊ euisceretur ⁊ deplumeť:⁊ cū.ʒ.i.ß.carthami.⁊.ʒ.i. polipodij.⁊.M.i.centauree mīoris ⁊ anisoꝝ feniculi dauci.aā. ʒ.ß.in lib.xxv.aque vsquequo redeat ad q̄ntā:⁊ d̄ brodio tolle lib.i.ß.olei anhetini.ʒ.iij.ieralogodion.ʒ.ß. salis gēme.ʒ.ß.fac clistere. ¶ Si v̄o dolor fiat fortis:tūc fiat balneuz in tina cū decoctione reꝝ ex q̄bus fiebat p̄mum clistere tāte quātitatis ꝙ possit in eo sedere vsq3 ad vmbilicū:⁊ ibi sedeat per mediā horā:si potest tolerare ⁊ post dormiat bene coopertus. ¶ Et si alia nō ꝯferūt veniendū est vltimo ad narcotica.s. ꝙ deť sibi.ʒ.i.philonij romani.aut.℈.iiij.cum vino albo potēti eo existēte in balneo vl' extra:⁊ tunc post nō comedat vsq3 ad.v.horas ⁊ cibus in tēpore doloris sit pauce quātitatis: sicut vitelli ouoꝝ vel pullus ꝯtusus:⁊ potus sit vinū albū potens purū. ¶ Et si clisteria nō sufficiūt:aut ea abhorreret loco clisterioꝝ pōt sibi supponere suppositoria longa h9. ℞. ieralogodion.ʒ.i. fac ex ea ad ignem suppositoria: sicut fiunt de melle. ¶ Et q̄n per clisteria habuit beneficium ventris si videť ꝙ mā sit sup timorē:sumat hāc medicinam. ℞.diafiniconis.ʒ.i.pulpe cassie.ʒ.i. distēpereť cuz decoctiōe anisoꝝ carui ameos ⁊ dauci: ista videnť mihi sufficere. ¶ Quādo vultis caput lauari faciatis bulliri in lisciuio has res. ℞.assari folioꝝ sene sticados arabici. aā.ʒ.i.ista sufficiūt pro vna vice. Et si nō habenť ista faciat bulliri.M.i.hedere:aut qd̄ meli9 est maiorane ⁊ saluie.aā.M.i.⁊ ista puto cū dei laude sibi sufficere.

¶ De obscuritate visus. Consilium. XXIII.

DIspositio isti9 spectabilis viri annoruz.xlviij.nāliter in iuuentute cholerici ⁊ nūc per adustionē in meliaz cōplexionem trāseūtis est obscuritas visus: ita ꝙ in loco nō bene claro ⁊ cum sol ab orizonte recedit nō videt bene ⁊ huius cām puto grossitiez vapoꝝ adustoꝝ opacoꝝ q̄ spiritui visiuo ꝑmisceńt: nec est longinquū ꝙ huic dispōni ꝯiūgať corrugatio cornee que solet in senectute plurib9 accidere. ¶ Primo ponaz regimen rerum nō naturalium qualiter debet esse in eo. secundo addam medicinas.

¶ Sit locus sue habitationis in aere subtili: vel si Uenetijs habitare intendit habitet in camera transpirabili a ventis:ita ꝙ q̄n nō est in ea faciat aperiri fenestras vt libere euēteť ⁊ nō sit aer valde calidus:imo ad tēꝑamētū in calitate deueniat nec sit multū lumiosa nec multū obscura. Nā intueri res lumiosas ⁊ splēdētes est ei nociuū: ⁊ ita nimia obscuritas loci habitatiōis:⁊ cū est in studio faciat ꝙ oculi nō offendanť a lumine. sit aūt camera depicta viridi colore nō albo. ⁊ ita fenestre hyemalis de pāno sint depicte viridi:⁊ si vitreate sunt vitruz sit obscure veriditatis:⁊ sit sine fumo vento vel puluere.

¶ In cibis vtať pane facto ex farina frumēti mundi a rebus extraneis:⁊ maxie a lolio vel çiçania:⁊ sit frumētuz anni sui:⁊ sit collectū de sana messe:⁊ sit farine aliq̄d furfuris mixtū:⁊ sit panis ꝯueniēter coctus ⁊ bene fermentatus:panē aūt açimū:aut nō bene coctum nō comedat.

¶ Inter carnes sumat illas que sunt subtilium humoruz generatiue ⁊ nō grossoꝝ:aut viscosoꝝ nec sint multaruz supfluitatū ⁊ si cū h̄ haberent ꝓprietatē acuendi visuz esset melius. Eligat carnes auiuz potius q̄3 quadrupedū sicut pullorum columbaruz syluestrium volare incipientium turturum:⁊ comedanť tam pulle q̄3 columbi ablatis capitibus ⁊ collo. Nam ista sunt vitanda: quia visuz obtenebrant. conueniunt etiam carnes perdicum fasianorum auium. precipue tamen conueniunt carnes auiū rapacium proprietate:sicut nixi accipitris vel asturis falconis noctue bubonis ⁊ istarum carnium elixarum brodiuz bibere. Sed aues aquaticas carnes habent malas: ⁊ ideo fugiat omnes. ¶ Carnium autem quadrupeduz conueniunt capreti vituli parui lactantis castrati annualis:⁊ non comedat interiora: sicut ventrez: ⁊ similia nisi comederet:aut cerebrū perdicis:aut epar capre vel hirci assum aut elixum. Naz ista proprietate remouent visus obscuritatez:fugiat carnes valde veteres ⁊ salitas ⁊ porcorum ⁊ aliorum animaliuz nouiter natoruz:sicut agnorum:⁊ syluestriuz carnium vsus non conuenit:sicut leporum ceruorum ⁊ caprioloꝝ ⁊ aproꝝ ⁊ tassi ⁊ vrsi. ¶ Pisces omnes vitet ⁊ cancros ⁊ ostracha ⁊ anguillas. Serpentum caro preparata vt fit in leprosis multum conuenit. ¶ Inter oua menti habeat ꝙ oua columbarum recentia sunt multi iuuamenti cum bibuntur: aut comeduntur decocta cum rapis. ¶ Item oua gallinaruz sunt iuuatiua:scil3 vitelli elixati. Caseum ⁊ lac vitet omnino. ¶ Granoꝝ sumat brodium ciceruz ⁊ speltam ⁊ ordeuz: sed fugiat allia: ⁊ precipue lentes ⁊ fabam ⁊ faxiolos: sed etiam in omnibus fugiat lolium siue çinçaniam.

¶ Fructuū ꝯueniūt grana pini in vino granatoꝝ īfusa vel in succo pomoꝝ: sꝫ tolerant̄ ficus ⁊ vue bñ mature: nō in multa quātitate pira cocta coctana. Sꝫ caueat̄ in summa oium humidoꝝ fructuū multitudo ⁊ castanee ⁊ auellane ⁊ nuces: cū in multa quātitate sumunt̄ nocent. pōt aūt peponib⁹ aliqbus vti nō multum: sꝫ oino fugiat melongenas papaueris: sed pruna ⁊ persica ante cibū sumere pōt: aliquā amigdalaꝫ vo post cibū ⁊ aliq̄ nespila ⁊ sorba ⁊ odor pomoꝝ odoriferoꝝ multuꝫ ꝯfert. ¶ Ex olerib⁹ valde ꝯueniunt. Primo rape: de qb⁹ comedatur quasi semp. Scdo napones. Deide verbena: bethonica: celidonia: mentha: rutha: origanū: maiorana: hyssop⁹: thimus in saporibus: ⁊ valet satis: sed abstineat a lactuca: basilicone: caulibus: bletis: cepis: porris: allio: raffano: ⁊ vniuersalr̄ ab oibus acruminibus. Nō comedat victualia de pasta: nec tortas: nec suffocata in patellis. ¶ Non multum se repleat: imo a mensa recedat reliquys famis adhuc remanentibus.

¶ Potus sit vinū albū vet⁹ cū aqua mixtū: aut vinū p se nō nimiū potēs ⁊ nō vtat̄ multo potu aque vel vini.

¶ Procuret omni die hr̄e ventris beneficium.

¶ Et post illud exerceat se ⁊ post exercitiū cōe faciat fricari caput ⁊ pectinari: ⁊ hoc nullo mō dimittatur. Duret autē exercitiū vsquequo sentiat se calefieri ⁊ vaporare ⁊ legat ieiunus litteras magnas ⁊ caueat legere paruas litteras ⁊ minutas.

¶ Nullo modo dormiat de die: ⁊ in nocte dormiat ad minus septē horis: ⁊ sit somn⁹ post comestionē saltē duab⁹ horis ⁊ dormiat bñ coopertus pānis sup sinistro latere ⁊ capite bñ eleuato ⁊ habeat iuxta se in lecto multum de maiorana siue sicca siue viridi: vt odor p totū correspondeat. ¶ Caueat dolorē ⁊ angustiā ⁊ cogitationē: ⁊ vtatur gaudio ⁊ letitia moderata. Et hoc de regimine.

¶ Videt̄ mihi ꝙ vltra hoc regimē faciatis oī anno duas purgatōes: vnā in mēse Aprilis: aliā in mense Octobris in p̄mis medietatib⁹ dictoꝝ mēsiū: ⁊ fiāt h̄ mō. In mēse Octobris sumat p̄us hūc syrupū. ℞. syrupi de epithimo. ℥. iiij. mellis rosati colati: syrupi acetosi cōpositi: syrupi vio. aā. ℥. i. aq̄ feniculi lib. i. fiat syrup⁹: clarificet̄ ⁊ aromaticet̄ cū nuce muscata: ⁊ est p q̄tuor vicib⁹. ¶ Sumpto syrupo sumat istas pillas. ℞. pillaꝝ octomeraꝝ descriptiōe Nicolai: pillaꝝ cochiaꝝ. aā. ʒ. ij. sumant̄ post syrupū cū custodia. ¶ Sꝫ in vere sumat hūc syrupū. ℞. syrupi acetosi cōpositi. ℥. iiij. mellis rosati colati. ℥. ij. aq̄ feniculi lib. i. ⁊ fiat syrup⁹ p q̄tuor vicib⁹. ¶ Sūpto syrupo sumat has pillas. ℞. pillaꝝ cochiaꝝ. ℥. i. pillaꝝ fetidaꝝ. ʒ. i. ⁊ habeat diligens custodia illo die a frigore et vēto. ¶ Itē opꝫ ꝙ iterpolate de mēse semel saltē bibat decoctionem. ℥. iiij. folliculoꝝ sene in brodio caponis: aut galline: ita ꝙ recipiat̄ de dicto brodio lib. i. ʒ. ⁊ coquatur cū eo sene. ℥. iiij. vsqꝫ ad ꝯsumptionē medietatis brodij: ⁊ addat̄ piperis: cinamomi. aā. ʒ. i. salis. ℥. ʒ. deide colet̄ ⁊ brodiū bibat̄ in aurora. ¶ Si abhorreret hō brodiū sumat semel in septimana. ℥. i. pillularuꝫ de iera Galeni in sero qn̄ vadit dormituꝫ: ⁊ modicum cenet pro illo sero.

¶ Tempore hyemis in mane qn̄ nō sumit medicinā sumat aut. ℥. i. tyriace: post stet. vij. horis sine cibo: aut. ℥. i. trifere minoris descriptōis Mes. cū. ℥. ʒ. pulueris eupbragie sicce. ¶ Conuenit ēt sibi si vtat̄ ellio isto. ℞. seis feniculi. ℥. ij. ʒ. eupbragie. ℥. i. macis cubebe cinamomi pipis longi gariof. aā. ℥. ʒ. mellis dispumati lib. ʒ. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. ʒ. succi celidonie silr̄ cocti ⁊ depurati ℥. ij. pistāda subtilissime pistent̄: ⁊ cuꝫ melle ⁊ succis fiat electuariū: de quo sumat. ℥. iiij. in mane cum vino albo. ⁊ hoc bis in septimana. ¶ Itē in mane sepe vtatur masticatorio masticis: ita vt multuꝫ spuat: aut fiat hoc modo. ℞. piretri. ℥. i. piperis. ℥. ʒ. çinçi. ℥. iij. pistentur subtilissime: ⁊ fiant postea sacculi ex pāno lineo nouo ad magnitudinem auellane: ⁊ predicto puluere impleant̄ ⁊ suant̄ stricte vndequaqꝫ: ⁊ omni mane masticetur vnus p mediam horam spuendo illud de saliua qđ peruenit ad os.

¶ Itē quādo nō sumit alias medicinas sumat in mane aceti squillitici. ℥. ij. addēdo dietim vsquequo veniat ad. ℥. i. ¶ Item confert valde comedere epar capre: aut hirci magni assum aut elixuꝫ. ¶ Itē confert vti in mane mirabolanis kebulis cōditis sumēdo ad quātitatem castanee. ¶ Et istoꝝ sumat qnqꝫ vnū qnqꝫ aliud ⁊ non cōtinue perseueret sup vna medicina.

¶ Nunc ponam remedia localia: sciꝫ ponenda in oculis.

¶ Hoc primum est visuale ⁊ nullo modo obest siue ante purgationem siue post. Et ponatur in oculo in mane anteq̄ egrediatur domuꝫ ⁊ teneat̄ aliquāto tēpore: postea lauetur cū aqua ruthe: ⁊ est istud. ℞. aque rosate. ℥. i. çuc chari albi: misce ⁊ ponat̄ in quolibet oculo gutta vna frigida. ¶ Hoc secūdum est aliqualr̄ mordicatiuū: sed est potētius p̄mo ⁊ nō ponat̄ in oculo nisi post corpis mundificationē cum medicina ⁊ capitis cuꝫ masticatorio. Et est istud. ℞. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. xij. ⁊ sit iste succus bene colatus: mellis puri clari. ℥. iiij. bulliant bullitione vna simul ⁊ coletur ⁊ colature addatur fellis galli: aut perdicis. ℥. v. ⁊ reponatur in vase vitreo ⁊ colετur: ⁊ teneatur in sole ⁊ permutet̄ de vase in vas oī septimana semel ꝓyciendo grossum subsidens ⁊ seruando subtile ⁊ teneātur vasa bene coopta cum cera: ⁊ post dies. xx. ponatur de eo in oculo: vt supra dixi. ¶ Item ꝯfert multum facere bulliri crocum in aqua ⁊ recipere vaporem illius aque omni mane ad oculos quousqꝫ sentiatur penetrasse in oculos: ⁊ post ponantur in oculum colyria.

¶ Hoc tertium colyrium est nobile ⁊ sine dolore efficit operationem bonam: sed fit in vere. ℞. folioꝝ feniculi: folioꝝ eupbragie: foliorū celidonie. aā. lib. ij. extrahatur aqua per alembicum ⁊ seruetur in vase bene obturato: ⁊ sit vas eneum. ¶ Item sepe fiat istud ⁊ est expertū. ℞. epar hirci ⁊ assetur sine alia pinguedine: deinde fundat̄ ⁊ colligatur illa humiditas que ab eo resudat ⁊ ponatur in oculis. Item fumus ab eo egrediens recipiatur: ⁊ post predictam colaturā siue resudaturam ponatur in oculo. est enim expertum. ¶ Item hoc est vtile. ℞. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. xl. succi ruthe. ℥. xx. ponant̄ in ampula vitrea ⁊ obturetur orificium prius addendo mellis boni clari. ℥. xv. ⁊ dimittat̄ per tres menses. Postea ꝓyciatur fex eius: ⁊ cum pte clara fiat colyriuꝫ. ¶ Si aūt fortius facere voluerit: qꝛ obscuritas crescat: tunc facta purgatione vtatur isto colyrio. ℞. succi feniculi. ℥. i. fellis galli: aut pdicis: aut turdi ⁊ mellis crudi. aā. ℥. ʒ. misce ⁊ ponatur gutta vna in oculis. ¶ Fortiora autē istis nō videntur mihi facienda nec plura volo multiplicare: sꝫ si istis modis vtetur bene erit. Et ista puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De cicatrice in cornea pp vlcus. Cōsiliū. XXIIII.

Via iste egregius iuuenis ⁊ insignis pictor quo ad alia est valde sanus: ⁊ opꝫ eū se exercere ⁊ cuꝫ hoc patit̄ cicatricē in cornea ⁊ remāsit sibi ex vlcere ⁊ aliqualiter impedit vnius oculi visionē: sꝫ non multū: ideo dabo ei ꝯsiliū ad albule subtiliatōeꝫ imiscēdo aliqđ de ptinētibus ad ꝯseruationē acuitatis visus ⁊ nō laborabo multū in extēdendo regulas regiminis vite: sed magis docebo remedia subtiliandi albulaꝫ debilia ⁊ fortiora notādo ea s̄m gradus suos.

¶ In ꝯseruatione ergo sanitatis oculi opꝫ p̄mo cauere a fumo: vento: puluere: nimia vigilia: ⁊ nimio intuitu rerū albaꝝ: aut multū lucidaꝝ: ⁊ a nimia ꝑmanētia in obscuro: ⁊ opꝫ in cibis cauere nimietatē ⁊ comestionē ante digestionē: ⁊ vl'r oēm cām ꝓhibentem fieri digestioneꝫ bonaꝫ: ⁊ in q̄litate ciboꝝ caueat a reb⁹ acutis mordacibus: sic allia ⁊ porri ⁊ raffani ⁊ erucha ⁊ cepe ⁊ sil'ia: ⁊ a rebus valde vaporosis: sicut pisces: ⁊ a reb⁹ visuꝫ obtenebrātibus: sicut ml'tuꝫ acetū ⁊ anhetū ⁊ basilicon ⁊ caules ⁊ coriandrū ⁊ crocus. Et lactuca ⁊ lentes ⁊ nespilla. Et oliue mature ⁊ portulaca ⁊ sil'ia. ¶ Et inter carnes grosse ⁊ veteres ⁊ sanguis ⁊ interiora ⁊ capita ⁊ colla. Sꝫ sit ꝯtētus mediocri comestione carniū iuueniliū: ⁊ galline ⁊ ꝑdicū ⁊ auiculaꝝ ⁊ capretoꝝ ⁊ vituloꝝ lactātiū ⁊ castratoꝝ iuuenum. ¶ Et ex herbis feniculo boragine mellissa spinachys endiuia buglossa: ⁊ sil'ibus pōt vti: ⁊ rutha ēt cruda. ¶ Et in potu vtatur vinis nō multum potentibus: neqꝫ abūdet in quātitate: neqꝫ bibat ieiuno stōcho. ¶ Et non dormiat post cibū: ⁊ nō laboret repleto stōcho in respiciēdo res valde minutas: ⁊ postq̄ꝫ fatigat⁹ est in pingēdo ⁊ sentit oculos fatigatos igrediat̄ domū obscurā: nō multe tn̄ tenebrositatis. Et intueat̄ ꝑ fenestrā hn̄teꝫ pānū viridē: ⁊ intueat̄ aquā viridē in aspectu ⁊ submergat oculos in aqua frida: ⁊ postea respiciat speculuꝫ bn̄ politū. ¶ Item oīno prouideat semꝑ habere largū beneficium vētris: ⁊ caueat a nimio vsu venereoꝝ ⁊ a nimio vsu flobothomie: ⁊ ista ꝯseruabunt sanitatē oculi.

¶ Sed ad subtiliāduꝫ spūm visibilē ⁊ acuēduꝫ visuꝫ cōfert comestio carniū auiū que viuūt de rapina: sicut accipitres ⁊ falcones ⁊ noctue ⁊ carnes serpētum p̄paratarū ⁊ de medicinalibus magis vti in mane vno mirabolano kebulo cōdito. ¶ Et cōfert sublime ista ꝯfectio. ℞. euphragie. ℥. ij. semis feniculi. ℈. v. macis: cubebe: cinamomi: piperis longi: gariofiloꝝ. an̄. ʒ. i. puluericetur: ⁊ accipe mellis dispu. lib. i. succi feni. cocti ⁊ depurati. ℥. i. succi celidonie sil'r cocti ⁊ depurati. ℥. ss. coquant̄ sil' succi cū melle vsqꝫquo habeat spissitudinē opportunā ⁊ cū eo ꝯficiātur spēs: ⁊ reseruet̄ in vase vitreato: ⁊ sit dosis ei⁹ pro vice. ʒ. iij. ieiuno stōcho: aut in sero qn̄ ieiunaret. ¶ Et ponat ei in oculo sepe qn̄ corp⁹ nō est repletū vnā guttā hꝰ colyrij. ℞. fellis ꝑdicis aut galli. ℥. i. mellis crudi. ℥. i. succi feniculi cocti ⁊ depurati. ℥. ij. misce bn̄ adinuicē; ⁊ reseruet̄ in vase vitreato: ⁊ ponatur vt est dictum. ¶ Est etiam vtile vinuꝫ infusionis euphragie: aut thimi qn̄ sumit pro consuetudinario potu.

¶ Sꝫ pro illa albula siue albugine oculoꝝ oꝫ ꝙ p̄mo purget̄ corpus leui purgatiōe: quo facto oi mane dꝫ ingredi balneū aque dulcis nō multū calide: aut iclinari suꝑ vaporē ei⁹: ⁊ postea puluericare in oculo hunc puluerē stando resupine. ℞. sarcocolle nutrite in lacte asine: ⁊ postea exiccate qnque vicib⁹ çuccharicādi spume marl. an̄. ʒ. iij. fiat alchool ⁊ mittat̄ in oculū. Cōfert ēt qn̄q̄ꝫ istū puluereꝫ ponere in pāno serici vel lini subtilissimo: ⁊ leui valde ⁊ ligare: deide madefacere in aqua ruthe ⁊ fricare supra locū vbi est albugo. ¶ Qꝫ si ista nō ꝯferunt opꝫ magis frequētari balneum: ⁊ tn̄ semel in die ieiuno stōcho vti isto alio puluere. ℞. baurach aristologie. an̄. ʒ. i. sarcocolle nutrite vt pri⁹: ⁊ çucchari ⁊ spume maris. an̄. ℈. iij. ⁊ fiat vt p̄dicit̄. ¶ Fortius aūt istis est addere cū predictis reb⁹ stercus lacerti magni viridis q vocat̄ ligurus: pro medietate dracme. ¶ Qꝫ si hec nō suffecerint h̄ est forte ⁊ hꝫ ipressionē. ℞. fellis tauri: succi acori: radicum celidonie. an̄. ʒ. iij. ss. corticū radicū feniculi. ℥. ss. tere contritione grossa ⁊ pone in vase eneo ⁊ superinfunde vrine pueri inter septimū ⁊ decimū annū collecte de mane qn̄ surgit a lecto: ⁊ ita stēt ꝑ q̄tuor dies: postea coquat̄ vsqꝫ ꝙ redeat ad lib. ss. ⁊ colet̄ ⁊ reponat̄ in vase eneo. Deide accipe massacunie stercoris lacerti magni spume maris çucchari taberçeth: salis gēme adusti: salis armōiaci. an̄. ꝑtes eq̄les terant̄ cōtritione vltima. deide ponant̄ in vase lapideo ⁊ fundant̄ suꝑ puluerē de decoctiōe p̄dicta: ⁊ terant̄ simul: ita ꝙ bene ꝯficiant̄ quousqꝫ fiat sicut mel currēs ⁊ reponat̄ in vase vitreo bene cooꝑto quousqꝫ oꝫ vti eo. Et postea ponat̄ gutta vna in oculo vel paꝝ quid de eo distēperatū iacēdo resupine: ⁊ oīa ista debēt applicari post ingressuꝫ ⁊ ꝑmanētiam in balneo aque dulcis. ¶ Et qꝛ aliqn̄ iuuat vti simplicib⁹: ideo ponaꝫ aliq̄ simplicia vel q̄si: quoꝝ h̄ est p̄ᵐ. ¶ ℞. vini albi boni ⁊ succi affodilloꝝ. an̄. lib. ss. croci. ℥. ss. myrre. ℥. i. bulliant vsqꝫ ad ꝯsumptionē medietatis: deide seruet̄ in vase eneo ⁊ ponat̄ in oculo: vt est dcm̄: ⁊ postea per quartaꝫ horā lauet̄ cū aqua celidonie. ¶ Scōm est celidonia: pistetur ⁊ extrahat̄ succus ⁊ reseruet̄ ⁊ ponat̄ in oculo modo dicto: ⁊ cōfert siue ponat̄ recens siue antiquus. ¶ Tertium est sterc⁹ hirūdinis distēperatū cū aq̄ celidonie: ⁊ hꝫ forteꝫ ipressionē positū in oculo vt supra. ¶ Quartū ⁊ vltimuꝫ est. ℞. vrine infantis lib. i. mellis. ℥. iij. bulliant in vase eneo dispumādo vsqꝫ ad medietatis ꝯsumptōeꝫ: postea colet̄ ⁊ refuet̄ in vase vitreo: ⁊ ponāt̄ in oculo mō supra dicto. ¶ Nō p̄termitto tn̄ qn faciat a puella vl' a puero lābere oculū: sꝫ an̄q̄ꝫ lambat masticauerit semē feniculi aut radicē acori. Et hec puto cū adiutorio dei sufficere.

¶ De fluxu materie catarralis ad oculos ⁊ ad nares ⁊ ad guttur. Consilium. XXV.

Nobilis vir Andreas sancti de Ortona ex iteruallis duoꝝ vel triū mēsiuꝫ: maxie in hyeme icurrit catarrū. vn̄ materie currūt p̄mo ad oculos: ⁊ fluit plurima quātitas lachrymarū: ⁊ postea descendit ad nares mā citrina: ⁊ ꝑtes alie viscose cū mordicatōe: ⁊ postea ad gulā ⁊ pect⁹ ⁊ icurrit tussiꝫ ⁊ difficultatē anhelit⁹: ⁊ spuit rē vehemēter salsaꝫ ⁊ multā rē viscosaꝫ: ⁊ ꝑ q̊sdā dies an̄q̄ꝫ icurrat hāc dispōnē sentit frig⁹ in capite manifestū: ⁊ cū icurrit eā patit̄ dolores in pectore ⁊ ledūt̄ appetit⁹ ⁊ digō ⁊ retētiua stōchi: ⁊ qn̄qꝫ febrit. In reliquis vō tēporib⁹ est sicci vētris: ⁊ est ānoꝝ. xlvi. mediocris habitudinis: epatis calidi: ⁊ q patiebat̄ hemorroidarū fluxum: lꝫ infra duos annos nō habuerit. hic est casus.

¶ Hic dimittā regimen sex reꝝ nō nāliuꝫ: sed si vis recurre ad cōsiliuꝫ qd̄ sic icipit. Et est tale signuꝫ: ⁊ incipit sic. Dispositio viri egregij domini Joannis de spoleto ⁊ est tussis catarralis ⁊c̄. ¶ Quia vt pꝫ ex casu in isto nobili cōgregantur materie diuerse flegmatice ⁊ cholerice que tandeꝫ trāsmittunt̄ ad caput cū facta est earū multa cōgregatio: ⁊ verisimile est ꝙ cholera multiplicat̄ in venis ex dispositione epatis qd̄ in eo apparet calidum ⁊ flegmata maxie ex dispōne stōchi. Ideo vltra regimen p̄scriptū oꝫ vti medicinis euacuātib⁹ tales mās ex iteruallis: ⁊ anteq̄ꝫ ꝯsueuerit paroxismus venire.

¶ Dico igit̄ ꝙ saltē bis in anno dꝫ purgari capiēdo syrupuꝫ. p̄mo sex vicib⁹. ℞. syrupi acetosi simplicis: syrupi d̄ endiuia. an̄. ʒ. vi. oxymellis cōpositi. ℥. ss. aq̄ feniculi ⁊ endiuie. an̄. ℥. i. ss. clarifica ⁊ aromatiça cuꝫ pauca quātitate nucis muscate: ⁊ est syrup⁹ pro vna vice: sꝫ sumat̄ sex vicib⁹ calidis in aurora ⁊ suꝑdormiat. ¶ Postq̄ꝫ sumpserit syrupū sex vicibus purget̄ cū istis pillulis. ℞. pillularuꝫ aggregatiuaꝝ. ʒ. ss. cochiaꝝ. ℈. ss. reficiant̄ pillule cū aqua maiorane: ⁊ fiant qnque: sumat duabus horis ante diem cū debito regimine medicinaꝝ solutiuaꝝ ⁊ posui paruā dosiꝫ: qꝛ dixit mihi suū ventrē facil'r solui: ⁊ ideo

ſi vĩ pñti medico addẽdũ põt augmẽtare quãtitatẽ: ſeruata ꝓportione: ⁊ tẽpora ↄueniẽtia huic purgationi ſunt in mẽſe Martij: ⁊ in fine Octobris. ¶ Et opʒ in tꝑibus intermedijs ꝑſertiʒ ſi ſentiret corpꝰ graue ipſuʒ purgari purgationibꝰ frequẽtibus: ſed cũ medicinis bñdictis: nõ tranſcẽdẽtibꝰ virtutẽ agarici. ¶ Itẽ tꝑe ĝ hyemis vtaꝛ iſtis pillulis. ℞. pillulaꝝ aſſaieret. ℥. ß. agarici. ʒ. ij. ſalis gẽme. ʒ. i. reficiantꝛ cuʒ ſucco lupuli: ⁊ ſumatꝛ. ʒ. ß. pro vice de ſero qñ vadit dormitũ: aut. ℈. i. ꝙ ſi oparentꝛ ante cõplemẽtuʒ ſomni põt eas ſumẽ cõpleto ꝑmo ſomno: ⁊ eo ſero quo ſumit eas: aut alleuiet cenam: aut dimittat. Et iſte cõueniũt ſibi hyeme vere ⁊ autũno. ¶ In tẽpore võ eſtatis purgetꝛ potãdo ꝓ vice lib. i. aque lactis caprini in qua aq̃ infuſe fuerint viole ꝑ noctẽ: ita ꝙ calefiat aq̃ lactis de ſero vſqʒ ad ebullitionẽ: ⁊ ponatꝛ in ea violaꝝ. ℥. ß. ⁊ remaneãt per totaʒ noctẽ: ⁊ in mane coletꝛ ⁊ exprimatꝛ: ⁊ addatꝛ ſyrupi violati facti cũ trina ĩfuſiõe. ℥. ij. ⁊ põt h̃ ſumi tribꝰ vicibꝰ in mẽſe. ¶ Loco aũt iſtaꝝ medicinaꝝ poſſet in hyeme ſumere pillulas ſine qbꝰ eẽ nolo: aut pillulas ſtomatichas deſcriptiõe ꝓpria Meſue: ⁊ in eſtate loco ſeri caprini poſſet ſumere. ʒ. x. diacatholicon. aut. ʒ. xij. pulpe caſſie cũ decoctiõe prunoꝝ violaꝝ ⁊ tamarindoꝝ: aut diaprunis abſqʒ diagridio. ℥. i. ß. aut mãne electe ℥. ij. cũ ꝑdicta decoctione. ¶ Preter aũt has purgatiões opʒ eũ vti in eſtate triaſandalis qñ nõ ſumit ſolutiuum: ſumẽdo. ℥. ß. de mane: ⁊ deberet vti endiuia ⁊ lactuca coctis: ⁊ in tꝑe hyemis deberet vti ſaltẽ ſemel in mẽſe. ʒ. i. ß. boni mytridati quinque horis añ cibũ de mane ⁊ ſupbibere. ℥. iij. aq̃ endiuie. ¶ Et ↄuenit ei cõfortare caput cũ odoramẽtis bonis: in qbꝰ ſit virtꝰ exiccãdi ſine multa calefactiõe: ſicut hoc pomũ. ℞. thuris myrre roſaꝝ. añ. ʒ. ij. ramich gallie muſcate. añ. ʒ. i. cãphore. ʒ. ß. muſci gra. vi. ambre. ℈. ß. piſtãda piſtentꝛ ꝑter camphorã: ⁊ agitentꝛ cũ aqua roſata ↄterẽdo oĩ die bis per hebdomadaʒ: ⁊ ſit aq̃ roſata pauca: ita ꝙ poſſit exiccari: poſtea ↄficiantꝛ inuicem cũ gũmi arabico diſſoluto in aq̃ roſata tãte q̃ʒtitatis ꝙ fiant ſic̃ paſta: ⁊ fiat pomũ qð odoretꝛ in tꝑe ſanitatis. ¶ Sʒ qñ ĩcurrit caſuʒ ſuũ tã in oculis q̃ʒ in alijs diſpoſitionibꝰ in ꝑncipio purgetꝛ cũ hac decoctiõe. ℞. pruna damaſcena. xiij. iuiubaꝝ ſebeſten. añ. numero. x. tamarindoꝝ. ℥. i. coquantꝛ cũ facilitate in aq̃ ſufficiẽti vſqʒquo remaneãt. ℥. vi. vel circa ⁊ pruna ſint cocta: ⁊ tũc imponantur viole ſicce quãtũ põt capere aq̃: ⁊ deponatꝛ ab igne ⁊ dimittatꝛ ita per horã: poſtea coletꝛ ⁊ pulpa prunoꝝ bene exꝑmatꝛ ⁊ tamarindoꝝ: ⁊ in colatura addatꝛ caſſiefiſtule ℥. i. mãne. ʒ. iij. ꝙ ſi mãna nõ habetꝛ ſit caſſiafiſtula. ʒ. x. ⁊ hoc bibatꝛ de mane. ¶ Facta aũt hac purgatione faciat apponi vẽtoſas oĩ die ante prãdium ⁊ ante cenã in ſpatulis ⁊ natibꝰ abſqʒ ſcarificatione: ⁊ faciat fricari bracchia crura ⁊ coxas ⁊ ſpatulas ⁊ nates trahẽdo ad ĩferiora: ⁊ diminuat cibũ valde: ⁊ ꝓhibeatꝛ a cena ⁊ qeſcat ſedendo: ⁊ ꝓhibeatꝛ a fumo ⁊ vẽtis ⁊ a radio ſolis ⁊ lune: ⁊ dimittat multitudinẽ ſomni: ⁊ dimittat vinũ oĩo: ĩmo bibat aquã ordei cũ iulep violato: aut cũ ſyrupo de papauere. ¶ Itẽ nõ obſtãte ꝙ catarrus ſit mixtꝰ ex calido ⁊ frigido: tñ qr maior timor eſt de calido: dʒ pro tũc fieri ĩfrigidatio cũ rebus ĩfrigidãtibꝰ in potẽtia. Itaqʒ oĩ die ieiuno ſtõcho poſt dictã purgationẽ in tꝑe iſtiꝰ catarri ĩgrediatꝛ tinam aque tepide decoctõis ordei ⁊ violaꝝ ⁊ camomille ⁊ papauerũ: ⁊ cuʒ eſt in tina faciat effundi ſuꝑ caput: ⁊ maxĩe ĩponatꝛ papauer ſi multũ caret ſomno: ⁊ iungatꝛ vẽter eiꝰ totꝰ cũ oleo violato: ⁊ comedat pro illo tꝑe fercula fcã ex riſo ⁊ victualibꝰ de paſta ⁊ ex ordeo cũ lacte ſi nõ febrit: aut cuʒ lentibꝰ excorticatis. ¶ Et hoc tꝑe ↄtinue teneat in ore diadragagantũ frigiduʒ aut loch de papauere: aut diacodion deſcriptõis Meſ. in capº. de loch. ¶ Capiatꝛ oĩ mane iſte ſyrupus. ℞. ſyrupi violati. ℥. ij. decoctõis ſeminum citonioꝝ iuiubaruʒ ⁊ ordei ⁊ ſeminis papaueris albi. ℥. iij. ⁊ coquantꝛ iſta in aq̃ vſqʒ ad medietatis ↄſumptionẽ. ¶ Itẽ ſi opʒ faciat cliſteria ex decoctiõe malue violarie ordei cuʒ. ℥. i. pulpe caſſie. ⁊. ℥. i. ierepigre. ⁊. ℥. iij. olei violati ⁊ ſale ſufficiẽti. ¶ Or ſi in quatuor diebꝰ vel circa nõ fuerit fluxus catarri: purgetꝛ ſecũda vice capiẽdo ꝑdictã medicinã. ſ. decoctionẽ prunoꝝ ⁊ tamarindorum ⁊c̃. ⁊ addendo illi agarici. ʒ. ß. ſalis gẽme. ℈. ß. ¶ Or ſi ſalſedo ⁊ acuitas remittatꝛ: tunc loco loch ð papauere ⁊ loco diadragaganti debet tenere in ore loch de pino: aut loch ſanum ⁊ expertuʒ: aut iſtud loch qð eſt optimũ. ℞. ſe. feniculi: ſucci liquir. capilloꝝ veneris recentium: pulmonis vulpis ſicci: cõfice cũ çuccharo decocto cuʒ aqua quãtuʒ ſufficit. ¶ Et caueat a rebus cõſtringentibus catarrum ⁊ ꝓhibentibus ipſum deſcẽdere oĩno. ¶ In ꝑncipio auteʒ inungatur pectus ⁊ caput cum iſta vnctione. ℞. olei violati. ℥. ij. olei amigdalaꝝ dulcium. ℥. ij. miſce: ⁊ vngatur mane ⁊ ſero. ¶ Et cuʒ incipit diminui ſalſedo inungatur tunc cuʒ iſto vnguẽto. ℞. hyſſopi hũide. ʒ. xij. cere citrine. ℥. ß. medulle cruris vituli adipis anatis ⁊ galline. añ. ℥. i. mrrye bdellij mucillaginis ſeminis lini: mucillaginis fenugreci: ⁊ mucillaginis altee: ſtoracis liquide ⁊ terbentine. añ. ʒ. vi. ⁊ fiat vnguẽtum. ¶ Et hoc tempore poſt cibuʒ ſumat ſemper coriandruʒ preparatum ⁊ cõfectum cũ pauco çuccharo: aut diacitonitẽ cuʒ çuccharo: aut citonia ↄdita cũ çuccharo. ¶ Et qr nõ poſſunt oĩa ſciri ſi contingerit ꝙ preſens medicus dubitaret ð leſione pulmonis debet poſt ſex dies ⁊ factis purgationibus duabꝰ bibere de mane. ʒ. ij. boli armeni cũ aqua plantaginis: ⁊ quarta ꝑte vini albi: ⁊ habeat menti ꝙ in tẽporibus eſtatis vltimũ eſſet ſi biberet: etiã qñ nõ egrotat de iſto bolo armeno ſaltem tribus vicibꝰ in ſeptimana cuʒ aqua ſupradicta: ⁊ ĩmo quatuor horis ante cibũ ieiuno ſtomacho. ¶ In hoc eodem tꝑe qñ eſt diminuta materia recipiat de mane hũc fumũ per traiectoriuʒ. ℞. boli armeni. ℥. ij. pro vice: ponatꝛ in vaſe terreo ſuper prunis ignis quouſqʒ multũ calefiat: poſtea ꝓyciatur ſuꝑ ipſuʒ aqua roſata pars. i. aceti pars. x. ⁊ fumus recipiatꝛ per os. ¶ Multa alia pñt dici: ſed puto ſuꝑflua: qr iſta vt puto cum auxilio altiſſimi ſufficiunt ⁊c̃.

¶ De imagiatiõibꝰ q̃ minãtꝛ cataractã. Cõſi. XXVI.

¶ Ista est cõfectio boni saporis qua põt vti pro soluẽdo ventrem sine molestia:⁊ ꝓdest tumori hemorroidaꝝ. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ kebuloꝝ indoꝝ.ana.ʒ.l.tamarindoꝝ purgatoꝝ ab ossibus lib.ß.passulaꝝ enucleataꝝ iuiubaꝝ.añ.lib.ß.prunoꝝ damascenoꝝ pinguiũ numero centum.medulle cassiefistule:mãne sebesten.añ.lib.i.violaꝝ siccaꝝ liquiritie purgate ⁊ trite.añ.ʒ.xxv.seminis maluauisci:seminis malue:seminis citonioꝝ.añ.ʒ.xvij.turbith albi triti.℥.iiij.çinçi.℥.i.fac bullire omnia lento igne quousqȝ remaneat quarta pars:postea fricet̃ ⁊ colet̃ subtiliter:⁊ in colatura addat̃ çucchari rubei lib.ij.⁊ iteꝝ reducatur ad ignem donec habeat spissitudinez diacitoniten:⁊ tunc deponat̃ ab igne:⁊ addat̃ cinamomi.℥.i.piperis albi ⁊ longi añ.ʒ.ij.gariofiloꝝ.ʒ.i.⁊ bene misceant̃ ⁊ ꝓyciatur super marmore quousqȝ coaguletur:⁊ diuidat̃ in frusta põderis.℥.ß.⁊ inuoluat̃ in folijs pomi citranguli.dosis frustum vnũ:eligat ꝙ qñqȝ vtat̃ vno qñqȝ alio de istis ne vnum fiat nature ꝯsuetum ⁊ nõ operet̃. ¶ Has ḡ medicinas capiat gratia subductionis vẽtris:⁊ ita frequẽter ꝙ ꝑ illud nõ permittant̃ feces in intestinis indurari que ẽt ꝯferũt restrictioni cursus hemorroidaꝝ ⁊ tumori eaꝝ.

¶ Mõ ponã medicinas que debẽt sumi ꝑ os ad diminuẽdũ ⁊ ꝯstringẽdũ eas:sed nõ soluũt nec leniũt ventrẽ:veꝝ ꝯfortant stomachũ cor ⁊ epar. ¶ Cõmune ḡ remedium ⁊ vsuale est trifera minor ex arte Senonis quam describit Mesue in antidotario cum scoria ferri:de qua sumat̃ oĩ mane in aurora.ʒ.ij.cũ pauco vino rubeo. Nã ad oĩa dcã est mirabiliter efficax. ¶ Itẽ sumat̃ galbanũ siccũ ⁊ fiãt ex eo pillule:⁊ sumant̃.ʒ.ij.pro vice cũ.℥.iij.aque ꝑ vice:⁊ sumat̃ vicibus interpositis tribus diebus inter vnam vicem ⁊ aliã:⁊ hoc in aurora:⁊ ieiunet quatuor horis post.

¶ Sed qꝛ de medicinis que bibunt̃ ad cõstringendũ sanguinẽ:⁊ diminuendũ tumorem hemorroidaꝝ melior est scoria ferri vel squama eiꝰ ponã plures modos vsus eius. ¶ Et hic ꝑmus est fortis in ꝯfortãdo stõchũ in ꝯsumẽdo humorẽ crudũ ⁊ rectificãdo colorẽ vltra restrictionẽ cursus ⁊ minorationẽ hemorroidaꝝ. ℞.squame ferri q̃ inuenit̃ iuxta incudẽ ferrarioꝝ lib.i.terat̃ subtilissime:⁊ post bulliat cũ lib.iij.aceti:⁊ sit acetũ forte:⁊ agitet̃ sepe cũ spatula vsqȝ ad ꝯsumptionẽ aceti q̃si:postea colet̃ ⁊ exiccet̃ in vmbra:⁊ postea iteꝝ terat̃ ⁊ bulliat cũ aceto:⁊ ita fiat ter:⁊ qñ tertia vice est exiccata terat̃ subtilissime:⁊ bibat̃ de ea.ʒ.ß.cũ vini rubei.℥.ij.quatuor horis añ cibũ. ¶ Secũdus modus scorie est. ℞.ꝑdicti pulueris scorie.ʒ.i.cinnamomi.℈.ij.gariofiloꝝ.℈.i.detur.ʒ.i.ꝑ vice cum vino rubeo bono. ¶ Tertius modus est ĩ electuario de scoria descripto a Rasi nono Almansoris. ℞.mirabolanoꝝ nigroꝝ emblicoꝝ belliricoꝝ.añ.ʒ.v.spice squinanti cyperi.çinçi.piperis ameos olibani.añ.ʒ.ij.scorie ferri ĩfuse ĩ aceto ꝑ hebdomadã vnã:postea frixe:⁊ exiccate subtilissime pistate.ʒ.xv.ꝯfice cũ melle despumato ⁊ decocto in decoctione.30.emblicoꝝ qd̃ fit totũ in forma electuarij. ¶ Et ad idem plurimum valẽt he pillule. ℞.mirabolanorum nigroruȝ belliricoꝝ.añ.ʒ.v.cucurbite sicce aduste.ʒ.xxij.karabe.ʒ.iij.aceti.ʒ.ij.bdellij.ʒ.xx.ꝯfice cum aqua porri:⁊ fac pillulas:sume in aurora.ʒ.i.ß.pro vice. ¶ Et ad idem ℞.scorie ꝑparate mõ dicto seminis porri ameos.añ.ʒ.i.fructus capparis sicci.ʒ.iij.capiat.ʒ.i.ß.pro vice in aurora cũ vino stiptico. ¶ Ad idẽ ẽt valet.xv.diebꝰ successiue oĩ mane comedere tortellã factã de.℥.ß.radicis bardane siue lapaginis cũ ouo. ¶ Et opȝ ꝙ qñ vult capere aliquam de istis medicinis exiccãtibus ꝑ os in mane in aurora ꝙ pro illo tẽpore nõ sumat solutiua:aut leniẽtia in aurora:sȝ ea q̃ sumunt̃ in cibo:aut cũ cibo vel statim ante cibum ⁊ leniunt naturã bene sumi possunt.

¶ Modo veniã ad localia q̃ apponunt̃ istis hemorroidibus ⁊ intendo de illis que exiccãt ⁊ restringũt sanguinẽ:⁊ tẽperant dolorẽ.nã in fine ponã mortificãtia q̃ cũ dolore operant̃:sȝ ab illis abstineat:si ista alia pñt sufficẽ:⁊ ista sunt balnea pulueres empl̃a vnguenta suppositoria ⁊ suffumigia. ¶ Balneũ ḡ vtile est sedere sepe in aqua in qua est dissolutũ alumen plume:⁊ sufficit.℥.i.in q̄nque lib.aq̃ ⁊.℥.ij.in.x.lib.in q̄bus calidis sedeat:⁊ si est aqua ferrariorũ est melior:⁊ si nõ habet̃ aqua ferrarioꝝ tolat̃ aqua ⁊ in ea extingue de spuma aut de cachatimia ferri quater:⁊ equalebit ⁊ sedeat in eo calido ieiuno stõcho ꝑ mediaȝ horã:⁊ post vngat̃ aut emplastret̃:aut pulueriçet̃ vt ĩfra dicet̃:⁊ h̃ post inuersationẽ ani. ¶ Balneũ aliud. ℞.fructus sauine corticũ thuris flores tamarisci cyperi.añ.q̃tũ sufficit.fiat balneũ cũ aq̃ ferrarioꝝ. ¶ Balneũ ad exiccãdũ. ℞.fructus sauine radicis capparis folioꝝ ⁊ florũ tamarisci.añ.lib.ß.aluminis plume.℥.ij.aq̃ ferrarioꝝ lib.x.fac balneũ. ¶ Pro sedando aũt dolore cõuenit decoctio seminis lini:⁊ fenugreci:⁊ radicis altee in aqua in qua sedeat ⁊ cũ aquis dictoꝝ balneoꝝ temperatis calidis dȝ lauare anũ sempꝑ qñ habuit bñficiũ vẽtris:⁊ cũ est inuersatus:⁊ postea intromittere. ¶ Aut ℞.nucũ cupressi corticum exterioꝝ glandiũ.añ.℥.i.pistent̃ grosso mõ:⁊ cũ vino stiptico bulliant:⁊ cum illo calido quotidie anus lauetur.

¶ Et dum est inuersus:⁊ hemorroides sunt extra:vnguẽtum bonũ ad ꝯstringendũ:⁊ singulare:⁊ detumescere faciens ⁊ nõ faciens dolorẽ. ℞.succi tassi barbassi.℥.ß.antimonij subtil̃r pulueriçati.℥.ij.olei de nucleis chrysomillorũ.℥.ij.incorpora bñ in mortario:⁊ fac vnguentũ quo vngatur anus postq̃ȝ est lotus vt supra dĩ:⁊ tunc reuertatur intus cũ dicto vnguẽto inunctus. ¶ Aliud vnguentũ nobile. ℞.radicis cardi quo vtunt̃ ad pãnos.⁊ ipm̃ coque ĩ bono vino rubeo:⁊ postea pistet̃ ꝙ sit ad modũ vnguenti:⁊ liniant̃ hemorroides cũ sunt ex̃:⁊ postea intromittantur:⁊ suꝑ anũ cũ petia lini ponat̃ die eodẽ exteriꝰ ad modũ empl̃i. ¶ Aliud vnguentũ qd̃ eodẽ modo administratur. ℞.bdellij q̃tuȝ vis:dissoluat̃ in oleo de nucleis chrysomilloꝝ:aut in oleo de nucleis ꝑsicoꝝ ita ꝙ sit ad modũ vnguẽti:⁊ cũ illo vngat̃. ¶ Aliud. ℞.erugis ferri.℥.i.subtilissime pistet̃:⁊ incorporet̃ cũ succo tassi barbassi ita ꝙ sit ad modũ vnguẽti:⁊ admĩstret̃ mõ statiȝ dicto. ¶ Linimẽtũ qd̃ ponit̃ ad modũ vnguẽti suꝑ hemorroides dũ sunt extra:⁊ postea intromittunt̃ aut imittit̃ cum bombace ad modũ suppositorij. ℞.fructus corni quem vocamꝰ corna vel cornalia dũ est maturus ⁊ exprimatur succus ⁊ iste per se apponat̃:aut supponat̃ cum lana munda.tollit enim eas penitus frequens vsus. ¶ Itẽ ℞.stercoris canis ⁊ sit stercus album ⁊ siccũ:⁊ ex eo ⁊ terbentina ⁊ oleo de nucleis ꝑsicoꝝ fac vnguentũ:⁊ linias sepe. ¶ Linimẽtum aliud forte in remouẽdo ⁊ sedãdo dolorem. ℞.bufonem ⁊ cõbure in testa vel in furno:⁊ fac cinereȝ:⁊ cũ oleo de chrysomillis fac ad modũ vnguẽti:aut cũ aqua porri:⁊ porris assis:⁊ appone loco. ¶ Puluis bonus ⁊ efficax ẽ puluis.s.cinis bufonis suꝑaspꝑsus postq̃ȝ lotus est locus cũ aqua aluminosa. ¶ Itẽ puluis antimonij suꝑaspꝑsus sepe ꝯsumit eas. ¶ Itẽ puluis gallaꝝ. ¶ Itẽ puluis seminum tamarisci. ¶ Itẽ puluis limachiaꝝ cõbustaꝝ in fornace suꝑaspꝑsus mirabil̃r tollit:⁊ dolorẽ sedat. ¶ Empl̃m cõueniẽs ⁊ forte in exiccãdo ⁊ ꝯstringẽdo. ℞.radiculas porrorum:⁊ coquantur in aqua:postea bñ pistent̃ ⁊ incorporentur cũ butyro vaccino. ¶ Fumigiũ bonũ. ℞.bdellij q̃titatẽ auellane:incorpora cũ adipe anatis ⁊ ponat̃ suꝑ carbones:⁊ recipiat fumũ ꝑ embotũ. ¶ Aliud. ℞.sandarace ʒ.ij.pro vice ꝓyciat̃ super prunas:⁊ recipiat fumum:qm̃

applanat

applanat eas. ¶ Item ℞.pellem serpẽtis:ꝛ pone super ignem ꝛ recipiat fumũ. ¶ Item ℞.sandarace granoꝝ myrti.aã.ʒ.i.pistẽtur subtil'r cum felle porci:ꝯficiant̃ forme siles auellanis:ꝛ ponat̃ vna pro vice sup prunis:ꝛ recipiat fumũ. ¶ Itẽ fac bulliri scabiosam in vino rubeo: ꝛ recipiat fumũ. ¶ Itẽ ℞.seminis porri:stercoris ouini spolij serpentis.aã.ʒ.i.fac formulas siles auellanis:ꝛ ponat̃ vna pro vice sup prunas:ꝛ recipiat fumũ per cãnaꝫ. ¶ Et ꝯfert fumigiũ de radice capparis:sil'r de radice et fructu tamarisci:sil'r de costo amaro cũ oleo de bdellio. ¶ Et nota ꝙ qñqꝫ fumigia pulueres ꝛ vnguenta p̃dicta faciũt dolorẽ.ꝛ hoc ꝑpter corporis dispõnez ꝯtingẽtem. Si ergo illud accidat sedeat in balneo decoctionis seminis lini:ꝛ fenugreci:ꝛ radicis maluauisci:ꝛ florum camomille:quoniam sedat dolorem.

¶ Et qꝛ queãdmodũ p̃dicit̃ iste habet caput ꝛ cerebrum valde debilitatum.ꝛ sil'r cor ꝛ stomachũ vltra gñalia supra scripta:scribã que eis ꝯferũt ꝯferẽdo hemorroidib⁹. ¶ Si videtur ꝙ illa nõ sufficiũt pro illoꝝ mẽbrorũ cõfortatione:tũc pro hemorroidibus vtatur solũ remedijs localibus:ꝛ sumat cõfectiones confortãtes ista mẽbra:ꝛ vtatur localibus sup eis. ¶ Cõfectio diamusci dulcis in hoc casu valde ꝯfert sumẽdo omni mane in aurora.ʒ.i.ß. vel.ʒ.ij.cum.℥.i.vini odoriferi. ¶ Et ad ideꝫ ꝯfert tyriaca:sed in tẽpore nõ valde calido sumat̃.ʒ.i.ß.cum.℥.ij.vini rubei ieiuno stõcho:ꝛ post septem horis ieiunet. ¶ Et simil'r valet mytridatum sil'iter approximatũ.Et ista capiant̃ donec cor ꝛ stomachus sint ꝯfortata ꝛ fortificata. ¶ In lauãdis v̊o quibus lauatur caput ponat pro qualibet vice ad bulliẽdum asari.sene.sticados arabici.aã.ʒ.ß.nucum cyp̃ssi numero.ij.cõtundãtur grosso mõ. ¶ Et vtile est portare sup caput t̃pe frigido vel medio sacculũ de gariofilis cum cimatura scarlati.Et odoret pomuꝫ descriptum a Mesue in cap'lo de catarro ꝯtra catarrum frigidũ:qđ pomum bonũ est die ꝛ nocte ꝑpe odoratũ habere. ¶ Sup corde v̊o portet hũc sacculum.℞.rosaruꝫ floꝝ boraginis:floruꝫ buglosse:floruꝫ mellisse:corticum citri:coralloꝝ rubeoꝝ:spodij:karabe.aã.ʒ.i.grane tinctoruꝫ.ʒ.ij.gariofiloꝝ macis cinnamomi:cardamomi:ligni aloes:folij beẽ albi ꝛ rubei costi dulcis.aã.ʒ.i.musci:ambre.aã.gra.iiij.pistent̃ ꝛ fiat sacculus in syndone de grana. ¶ Et sepe de mane masticet hoc masticatorium.℞.masticis passulaꝝ.aã.℥.i.piretri origani:nucis muscate.aã.℈.i.staphisagrie.ʒ.i.misce:ꝛ capiat medium coclear pro vice:ꝛ vtat̃ passulis dulcib⁹ in p̃ncipio prãdij ꝛ cene: ꝛ cum cinnamomo in ferculis suis in bona quãtitate.

¶ Et qꝛ sp̃aliter habet dolorez in vno genu qui est ex flegmatibus imbibitis in neruis illoꝝ locoꝝ dꝫ postq̃ quatuor vicib⁹ sumpserit de medicinis lenib⁹ solutiuis supra scriptis inungẽ illud genu cuꝫ isto vnguẽto mane ꝛ sero: ꝛ sit calidũ. ℞.pinguedinis anatis: pinguedinis vulpis. aã.℥.i.ß.olei vulpini:olei de pipibus.aã.℥.i.hyssopi humide medulle cruris vacce.aã.℥.ij.armoniaci galbani: opoponacis.aã.℥.ß.euphorbij.ʒ.ij.cere qđ sufficit. fac vnguẽtuꝫ:ꝛ si tãtum cogtur ꝙ sit solidũ fiat cerotũ:ꝛ teneatur sup genu ꝛ ifra. ¶ Et cõferũt ei balnea ex aqs sulfureis quo ad hoc:ꝛ aluminosis:ita ꝙ si nõ vadit pro dolore genu ad nãlia balnea põt facere artificial'r hoc modo. ℞.radicuꝫ altee.lib.iiij.fac bullire in.xxx.lib.aque ꝛ in fine quãdo radices sunt cocte addatur sulfuris viui pulueriçati aluminis roche.aã.℥.i.ꝛ statim ab igne deponatur:ꝛ in illa aqua balneet̃ totum crus ieiuno stomacho. ¶ Fortiora supradictis puta medicinas cõburẽtes hemorroidas:aut incisionẽ nõ puto tẽtãda in eo nec stupefactiua:ꝛ ideo illa tacui putãs ista sufficẽ cũ dei laude.

¶ De exitu ani diuturno sine ap̃ate. Cõsiliũ.LXXXIX.

Passio istius nobilis adolescentis est exit⁹ ani diuturnus quippe a multis annis citra:sed tñ est sine ap̃ate:ꝛ exit parum solum quando egerit:ꝛ postea redit per se in paruo spatio.

¶ Utatur dieta lenificãte vẽtrem ne oporteat eum multum premere.vt verbi gratia.comedẽdo fercula de herbetis vel de malua vel brodium caulium vel aliquid de pulpa cassie sumendo ante cibum.

¶ Uitet nimiã repletionẽ p̃cipue ex vino:ꝛ nimiã quietem: imo exerceat̃ ieiuno stomacho exercitio in quo laborẽt partes sup̃iores magis: ꝛ caueat sibi a comestione rerum vẽtosaꝝ:sicut sunt legumina ꝛ caseus ꝛ victualia de pasta:ꝛ caueat etiam multũ a frigore peduꝫ ꝛ coxaꝝ: ꝛ partes ani continue teneat calidas tenendo in directo eius intra sarabulas stupam carminatam.

¶ Item semp̃ quãdo egerit lauet sibi anum cuꝫ vino de quo dicam infra:ꝛ postea ponat aut aliquem puluerem: aut aliquod suppositorium de illis que ponentur infra:ꝛ reducat anum ad iteriora cum puluere:vel cum illo suppositorio:ꝛ debent esse suppositoria non dura:neqꝫ multum magna:imo cuꝫ bombyce molli vel cum lana bene infusa in rebus infra dicendis.

¶ Pro nũc tamẽ purget̃ capiẽdo p̊mo hũc syrupum. ℞. oxymellis cõpositi.℥.iiij.syrupi de sticados.℥.ij.aque feniculi ꝛ saluie.aã.℥.vi.ꝛ est pro quatuor vicib⁹ sumatur calidus in mane. ¶ Sumpto syrupo purget̃ hac medicina. ℞.turbith albi ꝛ arũdinei:ꝛ mũdi a cortice suo.ʒ.i. çinçiberis.℈.i.masticis.℈.ß.çuccari.℥.ß.aque feniculi.℥.iij.misce:ꝛ bibatur totuꝫ calidũ vna hora ante diem:et supdormiat per horã:ꝛ prandeat in capite sex horarum. ¶ Bis in mẽse purget̃ sine custodia cuꝫ istis pill'is. ℞. pillularũ de bdellio.ʒ.i.sumãtur in aurora:ꝛ est pro vna vice. ¶ Uinuꝫ cum quo dꝫ lauari anus postq̃ asselauit. ℞.gallaruꝫ balaustiaꝝ cupulaꝝ glãdium folioꝝ myrti. aã.ʒ.ij.bulliãt in lib.ij.vini rubei stiptici grosso modo cõtusa vsqꝫ ad medietatis ꝯsumptionẽ.Et si fortius facere volueris:p̊us in vino extinguat̃ ferrum ignituꝫ quatuor vicibus. ¶ Puluis qui dꝫ aspergi sup anuꝫ postq̃ est lotus cum p̃dicto vino:ꝛ cum illa asp̃sione debet anus reduci. ℞.nucis cyp̃ssi myrtilloꝝ achacie hypoqstidos gallaruꝫ.aã.partes equales.fac puluerẽ subtilissimũ. ¶ Et fortior est iste. ℞.fructus tamarisci gallarũ ceruse achacie hypoquistidos corticum thuris myrtilloꝝ.aã.partes eq̃les.fiat puluis subtilissimus. ¶ Et fortior est iste. ℞. ceruse antimonij gallarum aluminis staglole.aã.partes equales cuꝫ oleo rosato calido.ꝛ iste puluis supasp̃gat̃:ꝛ anus intra reducat̃. ¶ Suppositoriũ optimum. ℞.puluerem supradictũ statim ꝛ dissoluat̃ achacia ꝛ hypoqstidos in vino stiptico ꝛ in eo cõmisceatur dict⁹ puluis:ita ꝙ fiat ad modum vnguenti mollis:ꝛ postea in dicto vnguento lana vel cotum carminatum decẽtis quantitatis infundatur:ꝛ fiat suppositoriuꝫ de lana dicta vel coto:ꝛ intromittatur in ano:ꝛ teneatur quousqꝫ secũda vice asselet:ꝛ inouetur omni vice qua asselet. Et puto ista cum adiutorio dei sibi sufficere.

¶ De podagra a mã calida. Consilium. XC.

Iste nobilis vir et venerabilis:pro quo p̃sens ꝯsiliuꝫ sum scripturus:est annoꝝ fere.lx.ꝛ nãliter cholerice cõplexionis ꝛ macer: ꝛ ab annis tribus citra incidit dolorem podagricũ qbusdã vicibus a mã calida ꝑueniente:ꝛ hucusqꝫ solũ in vno loco s.in iũctura pollicis pedis:ꝛ cum liberat̃ remanet absqꝫ

leſione potẽs ad exercitia. Sed deſiderat liberari ita vt
nõ redeat: vel ſaltem ita iuuari vt nõ magis ſe extendat:
ad qḋ ꝯſequẽdum: ſi altiſſimus ſit auxiliator dabo ope/
ram incipiẽdo a regimine: ⁊ breuiter.

¶ Primo igitur cauẽdus eſt aer multum calidus: ⁊ etiã
multũ frigidus diuerſis cauſis: ſed dꝫ aer medio tẽꝑato
vti: ita ꝙ in eſtate tẽperet locũ habitationis cuꝫ folijs ſa
licis ⁊ vitis: ⁊ in hyeme ꝓhibeat nimiũ frigus cum igne.

¶ In cibis ſit quo ad quãtitatẽ tẽperatus. Et in hoc opor
tet ipſum hr̃e p̃cipuum ſtudiuꝫ: ⁊ maxime ꝙ nõ abũdet
in comeſtione carniũ ⁊ ouoꝝ: imo comedat moderate ci
tra ſaturitateꝫ. ¶ Et caueat cibos acutos ſicut illos qui
ſunt cõditi cum multo piꝑe: ⁊ cũ rebus acutis ſicut ſunt
allia: ⁊ porri: ⁊ cepe: ⁊ ſynapi: ⁊ eruca: ⁊ raffanus. imo dele
cteẗ in cibis inſipidis: ſicut ſunt panis ex optimo frumẽ
to: ⁊ bñ fermẽtatus ⁊ coctus: ſed nõ ſuꝑflue fermẽtatus
nec ſalit⁹: ⁊ carnes pulloꝝ: ⁊ ꝑdicũ: ⁊ hedoꝝ: ⁊ vituloꝝ: et
faſianoꝝ: ⁊ caſtratoꝝ de mõte: ⁊ capoloꝝ: ⁊ lepoꝝ: ⁊ por/
coꝝ ſylueſtriũ nõ valde magnoꝝ: ⁊ ſint cõdite cuꝫ agre/
ſta: ⁊ rebus frigidis: ſicut ſucco citrãguli vel granatoruꝫ
vel ſil'iuꝫ: ⁊ nõ cum aromatibus niſi in tꝑe hyemis: ⁊ tũc
ſint pauca: ⁊ vitet paſſeres colũbos ⁊ aĩalia multa groſſa
⁊ vnctuoſa ⁊ pinguia: ⁊ põt vti vitellis ouoꝝ cuꝫ agreſta
nõ multũ coctis: ⁊ lacte ſi capiaẗ ſine alio cibo: ⁊ ſi in eſta
te extractũ fuerit butyrũ: ſed caſeo veteri ſalito caueat:
⁊ põt vti piſcibus nõ magnis: ⁊ hñtibus ſquamas: ⁊ natã
tes in fluuio currẽte non in lacuna: ⁊ boni odoris ⁊ ſapo/
ris. ¶ Ex fructib⁹ vti põt piris ⁊ coctanis ⁊ pomis ⁊ gra
natis poſt cibuꝫ: ſed nuces ⁊ ficus ſiccas: ⁊ pineas dimit/
tat: ⁊ tolerãtur amigdale: ⁊ melones: ⁊ cucurbite in eſta/
te: ſed ceraſa dimittanẗ ⁊ ꝑſica. ¶ Ex herbis põt vti en/
diuia domeſtica ⁊ ſylueſtri: ⁊ lactuca: ⁊ boragine: ⁊ ligua
bouina: ⁊ in eſtate portulaca: ⁊ poteſt vti malua: ⁊ mercu
riali: ⁊ volubili magna ſi non hꝫ bñficiũ vẽtris: ſed alias
vt caules ⁊ bletas: ⁊ capucios dimittat. ¶ Ex granis põt
fercula facere ſicut ordeuꝫ far panicũ miliũ. Sed de pa/
ſta frumẽti nõ faciat ſicut paſtillos ⁊ laganas: nec de fa/
ſeolis: aut fabis: ſed piſa pñt tolerari: ſed raro. ¶ De ra/
dicibus põt in hyeme vti decoctione radicuꝫ petroſilini
cuꝫ ſuis carnib⁹: ⁊ põt vti paſtinacha ⁊ ſparagis grã ꝓuo
cãdi vrinã: ⁊ rape ⁊ napones pro q̇buſdam vicibus tole/
rãtur: ⁊ boleti ⁊ fungi dimittãtur oẽs: ⁊ turte ⁊ turtelli: ⁊
victualia ex ouis ⁊ caſeo mixtis: ſil'r dimittanẗ. Sꝫ fer/
cula: aut ex herbis ſupradictl: aut ex radicib⁹: aut ex gra/
nis: aut pane trito: aut vitellis ouoꝝ nõ multũ coctis: aut
ex fructib⁹ ſicut amigdalis: aut pane trito vel non trito: ⁊
hoc ſigillatim: aut ꝯiũctim. ¶ Sapores aũt faciat cum
ſtipticis. ſ. agreſta: vino granatoꝝ: ſucco arãciorum myr/
tillis pomis acetoſis cum amigdalis: ⁊ ſil'ibus: ſꝫ caueat
acetũ ⁊ multitudinẽ aromatũ: ⁊ nõ comedat in vna mẽ/
ſa multa ⁊ varia cibaria: ſꝫ vnius vel ad plus duoꝝ mo/
doꝝ: nec ſumat 2ᵐ cibum niſi bene digeſto primo.

¶ In tꝑe quo nõ dolet eſt exercẽdus in mane ieiuno ſto/
macho exercitio ambulãdi ⁊ eq̇tãdi: ita tñ vt nõ doleãt
mẽbra leſa q̃ꝫtũ poſſibile eſt: ⁊ ſit exercitiũ nõ multũ for
te: imo moderate ambulatiõis vſq; ad p̃nᵐ laſſitudinis:
⁊ ſunt fricãda in mane poſt emiſſionẽ ſuꝑfluitatis ſuꝑio
ra: ſicut bracchia: ⁊ ſpatule: ⁊ nates: ⁊ pect⁹ cuꝫ mãtili per
quartã ꝑtẽ hore: ⁊ ſit mãtile lene: ⁊ fricatiões mediocres
nõ valde fortes: ⁊ cũ dolet p̃cipue in p̃n° doloris nõ exer
ceaẗ: imo vaccet q̇eti ⁊ cure ẜm ꝙ dicã. ¶ Sꝫ in declina
tione doloris dꝫ incipe exercitari ſaltẽ exercitio eq̇tãdi:
aut faciẽdi ſe portare in curru: aut agitãdi in balneo: aut
in nauicula: ⁊ oĩno caueat ſuꝑfluitatẽ exercitij facientis
dolorẽ mẽbroꝝ: ⁊ annihilatõeꝫ exercitij: q2 ꝓhibet diſſo
lutiõeꝫ ſuꝑfluitatis mẽbri: ⁊ poſt cibũ vitet exercitiũ oĩ/
no: ⁊ vitet ĩtroitũ in ſtuffam: ⁊ aquã calidã: qm̃ ponũt hu
mores in curſu niſi eẽt aqua thermarũ: de qua dicã ĩfra.

¶ Dormiat in die naturali circa ſex horas vſq; ad ſepteꝫ
in lecto bene molli: ⁊ ſtrato: ita ꝙ nõ habeat inequalita/
tem ⁊ plicaturas. Sed in eſtate ſit cultra vna groſſa me/
dia inter pẽnas ⁊ ĩferius linteamen: ⁊ dormiat in nocte:
⁊ ſi nõ ſatis dormit in ea dormiat in mane ante tertias: ⁊
ſomnum alium diurnum: p̃cipue ſuper cibuꝫ vitet quã/
tum plus poſſibile eſt. Et dormiat capite bene eleuato ⁊
corpore bene cooperto.

¶ Et opꝫ ꝙ omni die habeat bñficiũ vẽtris. nam euacua
tio: ⁊ p̃cipue ſuperfluitatis eſt ex maxime cõferẽtibus: ⁊
quãdo nã non reſpõdet faciat: aut cliſtere: aut ſuppoſito/
riũ: aut comedat fercula ex maluis vel ex mercuriali vel
ex extremitatib⁹ volubilis: aut ex folijs lupulli: ita vt oĩ
die ſemel habeat ventris beneficium.

¶ Caueat ab ira rixa ⁊ nimijs cogitatiõibus ⁊ a coitu oĩ/
no quãtuꝫ poſſibile eſt. Et hec de regimine.

Deſcẽdendo ad medicinalia: p̃ncipale eſt ei ꝙ
omni anno in vere circa medium
Martij: aut ſi dolor ſolet ĩpm inuadere p̃us per mẽſem
ante tẽpus ꝯſuetũ inuaſionis purgeẗ. ¶ Et p̃mo ſumat
hũc ſyrupuꝫ ſex vicibus. ℞. ſyrupi de biſantijs. ℥. i. ſyru/
pi de endiuia. ℥. i. aque endiuie ⁊ feniculi. añ. ℥. i. ſ. ⁊ eſt ꝓ
vna vice: ſumaẗ calidus in aurora. ¶ Sũpto ſyrupo ſex
diebus purgeẗ ſequẽti die cum iſtis pill'is. ℞. pillularuꝫ
de hermodactylis minoꝝ deſcriptiõe Meſue. ℈. iiij. ſu
maẗ vna hora ante diem ⁊ nõ comedat niſi trãſactis ſex
horis: ⁊ cũ ſtetit per horã dormiẽdo poſt eaꝝ aſſumptio/
nẽ nõ dormiat poſt vſq; ad cõplemẽtũ oꝑationis earuꝫ.
Et cum eſt prãſus per horã põt poſt parũ dormire ſi mo
leſtaẗ a ſomno. ¶ Et facta iſta purgatiõe ex interuallis
ſex dieꝝ pro vice ſumat quatuor vicib⁹ in vno mẽſe inci
piẽdo octo diebus poſt has pill'as: ſumpta de iſta confe/
ctiõe. ℞. aniſoꝝ cinamomi. añ. ʒ. i. çinçiberis. ʒ. ij. gariofi
lorum cubebe. añ. ʒ. ſ. ⁊ turbith albi granoſi ⁊ arũdinei: ⁊
mundi a cortice. ℥. i. diagridij. ʒ. i. ℈. i. çuccha. ℥. xv. ſumat
ʒ. iiij. ⁊. ſ. pro vice vna hora ante dieꝫ. nã vna purgatio nõ
ſufficeret ad ꝓhibẽdũ acceſſuꝫ hui⁹ egritudis: ſed iterate
ſufficiũt multotiẽs: ⁊ in quo bis in anno moleſtareẗ ante
ꝯſuetũ tp̃s moleſtatiõis purgeẗ vt nũc diẗ accipiẽdo per
mẽſem ante: ⁊ ſi eſt hõ habens venas latas: ⁊ eſt ꝯſuetus
flõmie nõ obſtãte etate poſſet leuiter ſe flõmare in vere
in q̇nque dieb⁹: poſt p̃ᵃᵐ vl'em purgationẽ. ¶ In tꝑe aũt
ſanitatis ſaltẽ ſemel in mẽſe ſumat. ʒ. i. harum pill'arũ in
aurora: ⁊ ſũt ſine cuſtodia. ℞. pulueris ierepigre de octo
rebus. ℥. i. agarici albi ⁊ leuis. ʒ. ij. ſalis gẽme. ʒ. i. fac pil/
lulas cum ſucco caulium: ⁊ ſumãtur vt dixi.

¶ Sed p̃ter purgationes dum eſt ſanus ſepe p̃cipue poſt
purgationẽ: ⁊ quãdo nõ ſentit corpus multũ repletũ vta
tur fricatione ad oẽs iuncturas pedum ⁊ manuuꝫ ieiuno
ſtomacho per quartã parteꝫ hore cum vnguẽto qḋ fit ex
ſale prius optime trito: ⁊ poſtea in mortario incorporato
cum tãto oleo oliuarũ quãtum ſufficit ad hoc vt habeat
formã vnguẽti: ⁊ poſt lauetur cum liſciuio. Et conuenit
tribus vicibus in ſeptimana lauari pedes: ⁊ crura: et ge/
nua: ⁊ manus: ⁊ bracchia cum iſta lauãda. ℞. aque ferra
rioꝝ lib. xx. ſalis. lib. x. diſſoluatur primo ſal in aqua di/
cta que fiat tepida: ⁊ poſt addatur achacie. ℥. vi. pulueris
balauſtiaruꝫ. lib. i. ⁊ cum iſta lauetur fere omni mane cũ
ſurgit a lecto: ⁊ nõ ſit multum calida: ⁊ ſufficit vna lauã/
da quouſq; nõ habeat maluꝫ odorẽ. ¶ In hyeme aũt et
in tꝑibus frigidis ſi faceret ſibi calciamenta de pãno li/
ni duplicato ⁊ ĩſuto ſale trito: que calciamẽta in ſero ca/

lesiant:ꝛ teneant in pedib⁹ de nocte. ¶ Et in tpe calido maxie ɔfert ei vsus triasandaloꝝ comededo i mane qñ surgit a lecto.ʒ.ʃ.pro vice:ꝛ pro tūc vtat in cibis lactuca portulaca endiuia:ꝛ si i die sitit bibat iulep viol.aut rof. aut syr^m de pomis simpl.aut syr^m de granatis cū aq̄ frida distēpatū:ꝛ si vrina sua appet multū citrina post euonē: ponat in mane ꝛ vespis stōcho vacuo sup epar epithima ex aq̄ endiuie.ʒ.x.aceti.ʒ.ij.sandaloꝝ alboꝝ ꝛ rubeoꝝ.ʒ. añ.ʒ.ij.īfundat pānus lineus intus:ꝛ supponat epati nō multū fridū ꝛ inoueť ter in mane. ¶ Et oꝫ scire ꝙ vomē oī mēse semel duob⁹ dieb⁹ vno post aliū in mane post assumptiōeꝫ prādij est de reb⁹ maxie ɔferētib⁹.ꝛ modus ē iste:comedant cibi diuersi vnctuosi saliti molles sic sūt fercula ex brodio pingui ꝛ caulib⁹:aut maluis:aut bletis aut porris:aut cepis. Et carnes castrati elixe pigues ꝛ bene salite:ꝛ bibat vinū dulce:ꝛ comedat festināter ꝛ post moueat celeriter per gradus ascēdēdo ꝛ descēdēdo:ꝛ se incuruādo:ꝛ in fine medie hore supponat oclis sperulas de coto ꝛ liget:ꝛ post hēat fasciā ꝛ fasciet oculos cū illis: ꝛ tūc pēnaꝫ intinctā in oleo dulci totiēs gutturi imponat vt totū vomat:ꝛ in fine lauet sibi faciē cum aqua in qua sit paucuꝫ aceti:ꝛ post nō comedat nisi fames fuerit fortis:ꝛ tūc comedat parū de pullo asso pparato cum succo citrāguloꝝ vel cuꝫ agresta.Et silem modū seruet sequēti die:ꝛ hoc omni mēse:sed nō seruet eūdē numeꝝ dieꝝ mēsis:imo qñqꝫ.x.die:qñqꝫ.xv.qñqꝫ.xx.

¶ Sꝫ si morb⁹ incipiat,puocādus est p̄ vomit⁹ potādo decoctiōeꝫ raffani fortiter cū melle:ꝛ,puocato vomitu purgādus est cuꝫ pillis de hermodactylis minorib⁹:ꝛ si adsunt signa multitudinis sanguis p̄ flōmet de bracchio in directo loci doloris fm̄ vigorē vtutis:qb⁹ factis lauet pedes:ꝛ teneat in decoctōe folioꝝ salicis in aq̄ ptib⁹ trib⁹ ꝛ acet̄ ptē vnā.Or si nō hꝫ supponat loco doloris ēmplm: qd̄ sic fit.℞.medulle panis ꝛ farina ordei.añ.ʒ.iiij.lactis mulieris q̄tū sufficit ad īfundēdū:ꝛ incorpent bñ ꝛ supponat. ¶ Et si loco pillaꝝ dictaꝝ multo exñte loci calore purget h̄ mō est melius.℞.mirabolanoꝝ citrinoꝝ.ʒ. v.ɔtūdantur grosso mō:ꝛ ponant in iulep violati.ʒ.iiij.ꝛ dimittat paꝝ bullire.post sic dimittat per diē.postea colet ꝛ addat electuarij de succo rosaꝝ.Ꝫ.ij.ꝛ bibat:ꝛ bis dieb⁹ seruet dieta sine carnib⁹ ꝛ ouis:ꝛ vino vsqꝫ ad septē.ꝛ sit ɔtēt⁹ in potu aque ordei in p̄n⁹:aut cuꝫ vino granatoꝝ:aut cū çuccharo:ꝛ nō bibat vinū nec aquā mellis nisi adueniat declinatio:ꝛ qñ nō bñ assēlat iponat clistere cōe:ꝛ qñ declinat balneet locus doloris in aqua tepida multū salita in qua ad lib.xx.aque sit posita.ʒ.i.sulfuris viui:ꝛ.ʒ.ʃ.aluminis rubei : ꝛ in declinatione moueat modis dictis in regimine:ꝛ pōt comedē pullos cuꝫ agresta ꝛ succo granatoꝝ:ꝛ silia.Verūtamē est ꝙ cum adest morbus vtile eēt hīe ɔsilium p̄sentis modi.

¶ De podagra ꝛ artetica a mā mixta. Cōsiliū. XCI.

Spectabilis ꝛ nobilis vir:ꝛ dñs nullaneñ.Mariscotus vir annoꝝ q̄si.lx.cōplonis tēdētis nālr ad calm ꝛ humidū in toto patit podagrā:ꝛ cuꝫ hoc ēt aliqñ artetica cui⁹ mā est mixta.nunc tñ vt plimuꝫ dñat flegma:ꝛ ex iteruallis:ita remanet liber vt ambulare:ꝛ egrare bñ possit:lꝫ in qbusdā iuncturis aliq̄ durities remāserit:ꝛ ego dabo sibi hic breue regimē cuꝫ adiutorio medicinaꝝ ad hoc vt pseruet q̄ melius pōt.

¶ Primo ergo habitet in bona camera inter duo solaria que calefiat tēporibus frigidis cum igne de lignis siccis: ꝛ omnino caueat a frigore cum vestibus ꝛ calciamētis:ꝛ alijs opportunis.Et dormiat de nocte vsqꝫ ad septeꝫ vel octo horas:ꝛ quando non sufficit dormiat in mane ante tertias capite bene eleuato:ꝛ corpore bene cooperto.

¶ Et ,puideat ꝙ oī die habeat bñficiū vētris:ꝛ si nā non rñdet faciat sibi mitti clistere. ¶ Et exerceat exercitio ambulādi vel egrādi omni die ante cibuꝫ.ita tñ vt ex illo nō recipiat multū dolorē:ꝛ post cibū dimittat laborē: ꝛ caueat a coitu quātum est sibi possibile.

¶ In cibis aūt semp declinet ad paucitatē:ita ꝙ recedat a mēsa cū reliquijs famis.ꝛ silr in potu:ꝛ ordiet sibi vas xvij.ʒ.ꝛ ,p medietate ipleat aq̄ mellis:ꝛ ,p medietate vino:ꝛ nō trāseat illud vas in prādio nec in cena:ꝛ vinū sit rubeū claꝝ mediocris vinositatl.Et i cibis vtat carnib⁹ pulloꝝ pdicū fasianoꝝ alaudaꝝ ꝛ aliaꝝ paruaꝝ auiū pipionū turturū q̄lliaꝝ.ꝛ silr hedoꝝ vituloꝝ lactētiū puorū castratoꝝ annualiū leporū iuuenū capoloꝝ iuuenū:ꝛ dimittat aues aq̄ticas porcos domesticos agnos boues carnes siccas:ꝛ oēs alias a p̄noiatl. ¶ Et vtat pane d̄ bono frumēto bñ cocto ꝛ bñ fermētato:ꝛ caseuꝫ dimittat: oua aūt recētia gallinaꝝ.s.vitelli sunt boni paꝝ cocti siue cū cortice:siue depditi in aq̄:siue alr in ferculo positi: siue in frictilio tenello cū oleo dulci:siue alijs modis ppatū dūmō nō sint multū cocti:neqꝫ pmixti cū caseo.Vi ctualia v̄o de pasta sicut laganas ꝛ fermētinos:ꝛ silia dimittat. ¶ Legumia nulla sunt bona:sꝫ pōt facē ferculū de farre de ordeo de panico de milio spinachys de bletis de borragine buglossa mellissa feniculo anheto petrosilino maiorana:ꝛ herbis odoriferis:sic saluia ꝛ serpillus : ꝛ de pane trito ꝛ de ouis sigillatim ꝛ ɔiunctim.Et de piscibus paꝝ comedat:sꝫ minus mali sunt parui hñtes squamas viuētes in aq̄ clara:ꝛ boni odoris.gābari v̄o nō sunt boni. ¶ Et de fructibus ɔueniūt passule ficus recētes ꝛ sicce amigdale grana pini auellane : ꝛ tolerat post cibuꝫ pira cocta cuꝫ vino ꝛ aniso ꝛ feniculo:sꝫ fruct⁹ alij humidi melius est ꝙ dimittātur:sicut poma ꝛ cerasa ꝛ psica ꝛ hꝫ nisi sumat eoꝝ parua q̄titas:sicut parū melonū vel prunoꝝ ante cibū in estate:ꝛ in saporib⁹ dimittat acetuꝫ: vtat agresto:ꝛ cinnamomo:ꝛ pipe:ꝛ bonis aromatib⁹:et dimittat herbas crudas.Et hoc de regimine.

Veniēdo ad medicinalia opꝫ in medio Februarij vl paꝝ añ icipe recipe syr^m istū.℞.syrupi cōpositi sine aceto.ʒ.iiij.oxymellis sqll.ʒ.ij.aq̄ saluie: aq̄ apij:aq̄ feniculi:aq̄ maiorane.añ.ʒ.iij.clarifica ꝛ aromatiça cū çinçibē:ꝛ nuce muscata:ꝛ est syrup⁹ pro q̄tuor vicib⁹:sumat calus in aurora. ¶ Itē ℞.pillaꝝ fetidaꝝ de hermodactylis maioris.añ.ʒ.i.ʃ.fiāt septē:ꝛ sumātur duab⁹ horis añ diē postq̄ sumpsit syr^m:ꝛ hac die caueat sibi vehemēter a frigore ꝛ non comedat vsqꝫ ad horam xviij.ꝛ post sequēti die faciat clistē lauatiuuꝫ in mane:ꝛ sumat.ʒ.ij.tyriace cū.ʒ.ij.aq̄ mellis septē horis ante prādiū.Et silēꝫ purgationeꝫ oꝫ facē in p̄n⁹ mēsis Octobris.

¶ In tpib⁹ aūt itermedijs saltē semel in mēse oꝫ purgari absqꝫ custodia sumēdo.ʒ.i.haꝝ pillaꝝ medie noctl vl circa.℞.pillaꝝ de iera de octo reb⁹.ʒ.ʃ.agarici.ʒ.ʃ.salis gēme.Ꝫ.ʃ.fac pillas cū aqua saluie:ꝛ sunt pro vna vice tñ.faciat tñ sibi pparari pro multis vicib⁹. ¶ Itē in tpe hyemis semel in septimana sumat.ʒ.ij.mytridati qnque horis ante cibū. ¶ Itē in tpib⁹ frigidis teneat in pedib⁹ de nocte sacculos de sale trito:ꝛ sepe in mane añ cibū lauet sibi crura ꝛ pedes ꝛ genua cū ista aqua.℞.saluie camomille lauri.añ.M.ij.aq̄.lib.xx.salis.lib.v.bulliāt ad ignē vsqꝫ ad salis resolonē:ꝛ cuꝫ ista calida sepe lauent.

¶ Casus.I.d.M. Marchionis ad dolorem pedū iuxta clauiculā. Cōsiliū. XCII.

Illustrissimus d.M.Marchio p̄ doluit pedē sinistruꝫ iuxta clauiculā ex pte syluestri:ꝛ doloꝛ

fuit nõ imutato colore loci a ꝑn° ꝑmi tremuit: ⁊ nõ imutat⁹ fuit color: ſʒ circa 4.m dieʒ apparuit aliq̃ rubedo: ⁊ caliditas in loco: ⁊ doluit iũcturas raſete pedis: ⁊ in pte domeſtica ēt cõicat⁹ eſt dolor: ⁊ vſqꝫ ad pecten pedis digiti mãſerũt ſine dolore niſi ꝙ aliqd doluit i iũctura eoꝝ cũ pectine: ⁊ fuit rubor: ⁊ aliq̃ leuis caliditas: ⁊ tumor maior: ⁊ mitigato dolore ēt mãſit tumor: ita ꝙ cuʒ ꝑmebat̃ digito fouea remanebat: ⁊ ꝑmutat⁹ fuit dolor ad dextrũ anteqꝫ oino in ſiniſtro mitigaret̃: ⁊ fuit q̃ſi ſiſi modo: ſʒ tñ pes dexter ꝑus remãſit abſqꝫ dolore. Et ipſe tñ dñs ſiniſtrũ pedē ſedendo: ⁊ occupat⁹ in alijs ſiniſtrũ tenuerat plicatuʒ v̾ſus domeſticã partē: ⁊ ſurgēs ꝑcepit primo dolorem: ⁊ tãdem eſt liberatus ab hoc paroxiſmo.

¶ Nũc q̃rit̃ vtrũ ꝯueniat ire ad balnea petrioli in comitatu Senaꝝ: que balnea ſunt ſulfurea ⁊ aluminoſa. ¶ Negatiue: qꝛ in paſſionib⁹ iũcturaꝝ balneũ eſt fugiēduʒ: ꝑcipue in ſciatica. vñ Raſis. 12. ꝯtinētis loquēs de patiētib⁹ podagraʒ dixit. Noli ꝯſentire ꝙ ſciaticus balneo vtat̃: ⁊ Aui. 3° cañ. 22. fen. ca. de cautela a dolorib⁹ iũcturaꝝ dixit. Et minorēt in balneatiõib⁹. Et paꝝ ĩfra. ⁊ minorēt in balneatiõib⁹: qm̃ ipa liquefaciũt humores: ⁊ faciũt ipos currē ad iũcturas: ⁊ ſiles auctes ſunt multe quas dimitto. ¶ Oꝛ ſic: qꝛ ꝫm caſuʒ dr̃ ꝙ dolor ſit a mã dñanter frigida flegmatica. ⁊ ideo ꝯferũt ꝓhibētia flegma gñari: ⁊ deſcēdē ad mēbrũ ⁊ eũantia flegma mõ balneum ſulfureum ēt aluminoſuʒ hec oia facit. Euacuat diſſoluēdo ꝓhibēdo gñatõeʒ flegmatis calefaciēdo ꝯfortat aluminis ſtipticitate. vnde cap̃ de alumine Aui. dixit ꝙ cõfortat: ⁊ ꝓhibet deſcēſum ſupfluitatis. ¶ Cõfirmat̃ qꝛ aque ſulfuree ꝯferũt oib⁹ dolorib⁹ iũcturaꝝ frigidis: vt. 2. cañ. ca. aquas bonas. ¶ Itē Raſis. 12. ꝯtinētis. ſʒ ꝯfert cautele hoꝝ mēbroꝝ cura facta eis cum ſale nitro: ⁊ alio toto qđ deſiccat: ſicut aqua maris ⁊ aqua balnei nãlis: qm̃ magni iuuamenti ſunt in hac paſſione.

¶ De ſciatica cum infectione cutis aſſaphati et puſtulis faciei. Conſilium. XCIII.

Iſte nobilis adoleſcens erat q̃ſi annoꝝ. 20. macilētus: ⁊ vt mihi ſcribit cõplonis flegmatice ꝫm nãm: lʒ in hoc ſim ambiguus. nã morbi q̃s paſſus eſt fuerũt vtplurimũ melĩci iaʒ ſunt fere viginti mēſes ꝙ incepit ꝑ° pati dolorē capitis grauatiuum per mēſem cum dimidio eo tp̃e ſudauit in nocte ſudore nõ vl̃i deficiēte in ĩferiorib⁹ fetido: ⁊ colorãte camiſiam colore ſubrubeo: ⁊ octaua die penultimi mēſis Nouembris ꝑteriti incepit pati quartanã ⁊ quaſdaʒ puſtulas duras circa ſpatulas ⁊ ſpõdiles dorſi quãtitatis ciceris vel auellane: ⁊ tãdē poſt mēſem ſupuenit apoſtema durũ in crure in pte poſteriori ꝓpe pedē durũ in duas ptes diuiſum qđ medici iudicauerũt eſſe ſephyros: ⁊ ita ꝯcta ſunt mēbra pedis ꝑcipue calcaneus ꝙ nullo mõ pedeʒ explanare poterat. ⁊ poſtea paſſus eſt febres diuerſas: qñqꝫ cõtinuas: qñqꝫ interpolatas: ⁊ adhibita diligēti cura medicoꝝ: tñ euacuabant̃ flegmata: ⁊ in menſe Martij paſſus eſt dolorē vehemētē ꝑmo in gena dextra ⁊ oculo ⁊ aure cuʒ alienatione. poſtea in ſiniſtra gena facta fuit exitura apta: ⁊ curata. remanēte tñ febre a qua fuit mũdatus de mēſe Aprilis: ⁊ cuʒ in eſtate ſequēti per ĩterualla diuerſa q̃nque vel octo vel ſiſiuʒ dieꝝ in mēſe Auguſti poſt vnũ paroxiſmũ valde acutũ ſupuenerũt macule rubee parue aſpitatis occupãtes totũ a collo quaſi vſqꝫ ad coxas excluſiue. ⁊ poſtea dolores qñqꝫ in ſpatula ſiniſtra: qñqꝫ in ſcia dextra: qñqꝫ in ſiniſtra: ⁊ cuʒ iuiſſet ad balnea ſancte Marie obſ̾uatis debitis ordinib⁹ ⁊ poſitis vētoſis cum ſcarificatõe receſſerũt q̃ſi de eſſe macule a ſua intēſa rubedine ⁊ dolores: ⁊ poſt mēſeʒ incepit pati dolores in diuerſis mēbris qui inuadebãt de ſero: mitigabant̃ mane: ⁊ in menſe Octobris paſſus fuit exiturã in dextro crure que dum fuit apta: neqꝫ dolores coſtaꝝ: neqꝫ ſcie ĩfirmũ moleſtarũt facta cura: ⁊ cõ ſolidato vlcere: dolores ⁊ macule rediuerũt ⁊ fuerũt in maculis rubor ⁊ aſpitas ⁊ furfura: ⁊ paucificatis poſtea maculis illis in ſupiorib⁹ partibus: alie ſupuenerũt in ĩferiorib⁹. nũc v̾o macule quaſi euanuerũt: ſed moleſtat̃ a dolore ſciatico ſiniſtro: ⁊ ſupueniũt furunculi in diuerſis ptibus corpis ⁊ bothor plurime in ptibus faciei: ꝑcipue inter labiuʒ ⁊ naſum: ⁊ ĩfirmus ſentit multũ deſcēſum materierũ a capite. ¶ Hec ſunt que mihi ſcribũtur per venerabilē doctorē magr̃m Aug.m de Santucijs de Urbino: ⁊ petit̃ ꝯſilium vtruʒ ſibi conueniũt balnea precipue paduana.

¶ In h adoleſcēte pro nũc vr̃ mihi attēdēdũ ad ſciaticã ſiniſtri lateris quã puto pēdere ab humore mixto ex flegmate ⁊ mel̃ia: qꝛ diu durauit: ⁊ qꝛ iſti humores viſi ſunt dñari in multis ſuis morbis ⁊ ad aſſaphati ꝙ fuit ita ꝯtinue: ⁊ ad puſtulas faciei. nã de illo ſephyros hñt ipſi ꝯſilium in regimine rerũ nõ nãliuʒ pro vno qui paſſus fuit ſileʒ egritudinē: nec mihi cadit in dubiũ in illis dolorib⁹ nõ parũ mãei catarralis a capite fuiſſe cõicatũ: ⁊ ſi bene examinent̃ morbi qui fuerũt in eo: ⁊ qui de facto ſunt videbit̃ ꝙ aut ex malo regimine: aut ex diuerſitate cõplonũ nãliũ in ſuis mēbris multiplicant̃ humores mali nõ vni⁹ modi: ſed de ſpecie flegmatis: ⁊ de ſpecie mel̃ie: ⁊ de ſpecie cholere rubee q̄bus etiã ſanguis ĩfirmat̃: ⁊ fit multotiēs nõ nãlis: ⁊ opʒ ſtudium taʒ in regimine q̃ꝫ in cura adhibē ad ꝓcurãdũ ꝙ fiat digeſtio bona cum cibis tēperatis: ⁊ ꝙ gñet̃ ſanguis tēperatus: ⁊ ex rebus que paucas generãt ſupfluitates ad bonũ ſenſuʒ: ⁊ hoc nõ ſolũ de regimine ſtomachi: aut etiã epatis: ſed venaꝝ: ⁊ ꝙ minorētur ⁊ eradicētur illi qui iam peccãt de iſtis gñationibus. hñdo igit̃ quaſi quoddã ꝯiecturatiuũ iudiciũ in quo debēt ꝑualere pñtes medici: qꝛ certa quãtitas: nec calamo ſcribi: nec lingua ꝓferri põt: ſed vidēdo: ⁊ alia ſigna ꝑcipiendo põt medicus ad illaʒ prope accedere. faciã igitur illud inuocato diuino auxilio.

¶ Opʒ ꝙ habitet in aere tēperato tã in actiuis q̃ꝫ in paſſiuis. ſi tñ peccet meli⁹ eſt ꝙ peccet in parua humiditate ⁊ parua frigiditate. ⁊ ex h pʒ qualis dʒ eē camera ſue habitationis: ⁊ ſit aer clarus ſubtilis abſqꝫ malo odore: ⁊ mũdētur pãni ſui ſepe: ⁊ ſepe ingrediat̃ balneũ leuiſſime ibi ſudãdo: ꝑcipue in aqua calida: ⁊ ſi eēt aqua decoctionis bletaꝝ: ⁊ violarie: ⁊ malue: ⁊ ordei eēt melius: ⁊ lauet̃ celeriter ⁊ egrediat̃. ⁊ hoc de mane ieiuno ſtomacho.

¶ Exerceri dʒ ſuaui exercitio ambulatiõis vel exercitio mouēdi bracchia: ⁊ man⁹. ita tñ ꝙ nõ doleat multũ: neqꝫ pedē: neqꝫ locũ ſcie. ⁊ ideo ſi opʒ ad ꝓhibēduʒ dolorē egrediatur gradatim. ⁊ hoc in locis delectabilib⁹ tēperati aeris.

¶ In cibis v̾o opʒ ꝙ in q̃ꝫtitate tãtũ ſumat ꝙ bñ digerat̃ ⁊ in q̃litate ſint tēpati. declinãtes tñ ad humidũ boni nutrimēti paucaꝝ ſupfluitatũ facilis digõnis. ⁊ ideo paneʒ habeat ex puro ⁊ optimo frumēto anni ſui: ⁊ ſit mũdus a furfure bñ piſtus ꝯueniēter fermētat⁹ ⁊ coctus hñs aliquid parũ ſalis ĩter ꝑam ⁊ 4am diem mũdus a cortice duro exteriori. ¶ Et carnes ſint pulloꝝ aut caponũ mediocriter iuuenũ ⁊ hedoꝝ lactētiũ ⁊ vituloꝝ lactētiũ paruorũ: ⁊ tolerãtur caſtrati annuales de mõte: ⁊ ꝑdicũ ⁊ faſianoꝝ iuueniliũ: ⁊ auiculaꝝ que ſtant in ſepib⁹ ⁊ pratis exceptis paſſerib⁹: ⁊ merulo ⁊ turdo ⁊ colũbis ⁊ qualleis: ⁊ vitet oēs alias carnes a predictis: ⁊ aues aquaticas: ⁊ carnes ſalitas: ⁊ ꝑcipue leporē ⁊ ceruum: ⁊ dʒ ſumere de pte que eſt a medio verſus caput: ⁊ dimittē ĩteriora: ⁊ capita

⁊ colla

⁊ colla ⁊ debēt esse elixe potius q̄ȝ asse. ¶ Caseus ⁊ lac ⁊
sanguis melius est ꝙ vitenť oibus cōpēsatis. ¶ Uitelli
ouoꝝ gallinaꝝ recētiuȝ ⁊ paꝝ cocti sunt ꝯuenientes sine
aliqua mixtura. ¶ De granis pōt cape fercula ex ordeo
fracto ⁊ farre ⁊ farina eoꝝ: sȝ tñ reliq̄ grana dimittat tā
legumina q̄ȝ cerealia. ¶ De herbis pōt vti boragine bu/
glossa ⁊ spinachys ⁊ in estate lactuca ⁊ endiuia ⁊ cicoree.
Sȝ caules ⁊ blitas ⁊ herbas acuti saporis vel amari di/
mittat penitꝰ. ¶ De radicibꝰ meliꝰ eēt ꝙ nō comederenť
sicut rape ⁊ napones ⁊ raffani ⁊ pastinacha: ⁊ siles: silr ēt
cepe ⁊ allia ⁊ porri ⁊ silia. ¶ De fructibꝰ pōt comedere
amigdalas cuȝ çucchkm: ⁊ de humidis in pua quātitate
pruna valde matura añ cibū ⁊ paruā q̄ȝtitatē melonuȝ ⁊
piroꝝ coctoꝝ post cibū: ⁊ aliqd de vuis bñ maturis: ⁊ ēt
siccis ⁊ de pineis pus ifusis in aq̄ calida p horā: ⁊ postea
exiccatis: ficus sunt vitāde sicce ⁊ recētes ⁊ gñalr alij fru
ctus meliꝰ est ꝙ dimittanť: aut sumať eoꝝ pua quātitas
nisi poma granata muça ⁊ ēt dulcia. ¶ De piscibꝰ come
danť pui squamosi ⁊ boni odoris ⁊ saporis: ⁊ reliq dimit/
tanť. ¶ Aromata ⁊ grana acuta: sicut anisuȝ ⁊ feniculuȝ
sunt dimittēda nisi in tēporibꝰ fridis vtereť pauco cina/
momo ⁊ croco. ¶ Uniuersalr caueat a rebꝰ hñtibꝰ acu/
tuȝ saporē ⁊ amaꝝ salsuȝ acetosuȝ ⁊ nimis dulcem.

¶ In potu sumat vinū claꝝ medie vinositatis rubeuȝ tē/
peratū bñ cū aqua: ⁊ sit q̄ȝtitas ꝓportionabilis cibo.

¶ Dormiat in nocte ⁊ nō de die capite bñ eleuato ⁊ corpe
bñ coopto: ⁊ icipiat somnū duabꝰ horis post cenā ⁊ q̄ȝti/
tas sit. vij. vel. viij. horaꝝ inter diē ⁊ noctē: ⁊ si dormit de
die melius est ꝙ sit in mane ante tertias.

¶ In hac dispōne pcipue ꝯfert bñ hre bñficiū vētris sel
vel bis in die: ⁊ si nā nō adiuuat iuueť cū clisteri cōi: aut
cū succo rosaꝝ expsso de rosis rubeis. Aut dū iuenit bi/
bēdo ð mane lib. i. seri capni: vl cōedēdo fercula ex mer/
curiali vl malua: ⁊ oio faciat ꝙ oi die hēat bñficiū vētrl.

¶ Iste adolescens custodiendus est ab omni supfluitate
accidentiū anime. Et hoc de regimine.

Ueniendo ad medicinalia vi mihi ꝙ mō in tpe
veris oȝ si nō fecit facere purgatiōem
h mō sumēdo pus syr. sex vicibꝰ. ℞. syru. ð fumoterre:
syr. ð epithimo. añ. ʒ. vi. syr. violati. ℥. ß. aq̄ buglosse. ℥. iij.
clarifica ⁊ est syrupꝰ p vna vice: sumat sex vicibꝰ in au/
rora. ¶ Sūpto syrupo purgeť cū hac medicia. ℞. pulpe
collogntide. ℈. i. coquať cū. ℥. vi. aq̄ decoctiōis passularū
ligata in petia bullitione vna: postea coleť ⁊ in colatura
addať iera de octo rebꝰ. ʒ. ij. pulueris agarici optimi. ʒ. i.
salis gēme. ℈. i. ⁊ bibať cała ⁊ coleť: ꝙ bñ retineať: ita ꝙ
bonū est supdormire p duas horas: ita ꝙ si postea supue
niat vomitꝰ vomat secure: ⁊ regať hac die regimie capiē
tiū medicias solutiuas. Si tñ videť pñti medico oppor/
tunū minuať de dosi: ⁊ si nō vellet cape nisi pillas capiat
istas. ℞. pillaꝝ de ieralogodion: pillaꝝ de fumoterre: pil
lulaꝝ indaꝝ. añ. ℈. i. reficianť cum aq̄ buglosse. ¶ Et si
vi pñti medico post assumptōeȝ medicine p q̄tuor dies
flobothomeť de vena basilica vel saltē de cōi si nocumē
tuȝ faciei sit multū sm tolerātiā infirmi: ⁊ post alios 4ᵒʳ
dies apponanť sanguisuge de electis ⁊ pparatis iuxta do
ctrinā Aui. due circa faciē vel. iiij. ppe loca magis lesa ⁊
aliq̄ circa alia loca. vbi magis apparēt ille defedationes
rubee sm ꝙ iudicat pñs medicꝰ infirmū posse tolerare.

¶ Postremo vo opȝ ꝙ in tota estate ⁊ autūno pseueret
ex iteruallis duoꝝ vel triū vel q̄tuor dieꝝ in purgatōibꝰ
leuibꝰ q̄ fiāt cū aq̄ casei de capris ⁊ in aq̄ infundať q̄ȝti/
tas magna ð lupullis: ⁊ coquať ista mediocrit: ⁊ sit tanta
q̄ȝtitas solutiui ꝙ bis aut ter ducat: aut si ista nō iuēiret
ponat in aqua lactis mirabolanoꝝ indoꝝ ⁊ citrinoꝝ. añ.
ʒ. ij. per vnum diem naturaleȝ: postea coletur ⁊ bibatur.

¶ Itē vi mihi vtile pro illa sua sciatica ꝙ post purgatio/
neȝ faciat clisteria hoc modo saltē tria vel q̄tuor. ℞. ma/
tersylue nepitelle. añ. M. i. bulliāt in vino albo odorife/
ro ⁊ potēti sufficienti q̄ȝtitate: ⁊ ex eo fiat clistere sine ad/
iuncto. Or si ista nō sufficiāt fiāt clisteria fortiora. s. cum
decoctōe pdictaꝝ herbaꝝ addať collogntide in pāno li
gate. ʒ. i. ad bulliēdū ⁊ cētauree mino. M. i. coleť ⁊ adda
tur ieralogodion. ʒ. ij. olei anhetini. ℥. iij. salis gemme. ʒ. i.

¶ Et si pseuerādo in clisterijs nō curať opȝ ꝙ apponať
anche ruptoriū hoc mō factū. ℞. empli de synapi descri
pti a Mesue in antidotario. ℥. iij. cantaridaꝝ ablatis ca/
pitibꝰ: ⁊ alis. ʒ. iij. apponať sup tota ancha quousq̄ȝ faciat
vesicas q̄ aperianť ⁊ teneāť apte p. xv. dies. ¶ Si vo h
nō sufficēt opȝ ꝙ fiat cauteriū ex pte syluestri sub genu
sinistro h mō. ℞. de cortice radicis illiꝰ plāte que vocať
vulgariter vitis alba: ⁊ nasciť in sepibꝰ: ⁊ facit flores q̄si
lanuginē: sȝ nō est brionia: aut fessera: imo qdā vocāt fla
mulā: lȝ nō credā ꝙ sit illa: ⁊ nō sit ille cortex siccꝰ: sȝ ille
viridior q est iuxta lignū ⁊ abradanť cū cultello: ita ꝙ re
cipiať de eo q̄ȝtitas ad modū magni ciceris: qñ est bñ cō
stricta ⁊ cōglobata: ⁊ pōať sup dicto loco ⁊ teneať stricta
cū fascia: ⁊ inoueť oi die sel q̄usq̄ȝ faciat vesicā: ⁊ tūc ape
riať vesica: ⁊ recipiať ramus sambuci: q sit siccatꝰ sup ar/
bore sua: ⁊ ð medulla ouis tāta ps ꝙ ꝯstricta cū dētibus
fiat ad modū denarij: ⁊ alligeť sup loco vbi fuit vesica: ⁊
inoueť oi die sel: ita ꝙ teneať aptū cauteriū ad minꝰ mē
se vno. nā credo ꝙ cū istis modis sciatica remouebiť.

¶ Sed pro illa infectōe cutis balneeť frequēter post pur
gatōes sedēdo cū psona in aq̄ decoctōis malue ⁊ radicuȝ
maluauisci ⁊ violarie ⁊ blite ⁊ maneat ibi nō multo tpe:
⁊ bñ laueť: ⁊ postq̄ȝ octo diebꝰ vsus fuerit hꝯ balneo: ⁊ si
nō suffecerit ei radať totū corpꝰ ⁊ laueť oi die ieiuno sto
macho in tina cū lisciuio cōi in quo postea decoquantur
maluauiscus fenugrecū blete melliloti fumꝰterre q̄ȝtita
te opportūa: ⁊ post ebullitōeȝ cū egrediť a balneo qescat
parūper in lecto: ⁊ tūc iungať cū hꝯ vnguēto. ℞. cere al
be adipis galline ⁊ adipis porcie recētis misce ⁊ fiat vn/
guentū. ¶ Et si h nō sufficit in octo diebꝰ siccenť mora
matura: ⁊ fiat puluis ex eis: ⁊ cōmisceať cū lisciuio ⁊ ab/
luať locꝰ cū illo. ¶ Or si h nō suffecerit fricet locus cuȝ
māntili aspero forti fricatiōe ⁊ madefacto in lisciuio in q̄
sit dissolutū aliqd de alumie fecū: ita vt effluat sanguis: ⁊
postea iungať locꝰ cū vnguēto supradicto q̄usq̄ȝ cutis ap/
pareat sana: ꝙ si pur vi rubere post fricatōeȝ cū alumie
dimittať iunctio cū pinguedibꝰ: ⁊ fricet locꝰ cū aq̄ ⁊ ace/
to ðcoctōis rosaꝝ siccaꝝ plātagis ⁊ floꝝ camomille: aut
supponať petia ifusa in hꝯ decoctōe. ¶ Facies aūt eius
oȝ lauari oi mane cū decoctōe scabiose ⁊ fumiterre: aut
cū decoctōe folioꝝ fraxini in aq̄ ⁊ aceto: vl cū decoctiōe
plātagis: ⁊ in nocte qñ vadit dormitū fricet loca pustula/
ruȝ cū melle ⁊ aceto: ⁊ si h nō sufficit supponať loco illo
emplȝ h mō factū. ℞. gūmi granoꝝ viridiū: aut terben/
tine lote: ⁊ misce cū illis aluminibꝰ plume qntā ptē eiꝰ: ⁊
fiat emplȝ: ⁊ ponať sup eis. ¶ Et si viderenť esse dure ⁊
antiq̄: tūc liniať locꝰ cū isto vnguēto. ℞. sapōis albi. ℥. ß.
armo. ʒ. ij. thuris. ʒ. i. distēpera sil in mortario ⁊ iungatur
locꝰ p vnā horā: ⁊ postea laueť cuȝ aq̄ cała: ⁊ itereť mul
totiēs in die. ¶ Or si ille pustule q̄ sūt itra nasuȝ ⁊ os sint
cū re alba in medio: q̄si sit punctū lactis: ⁊ sit intꝰ virulē/
tia. Opȝ p ꝙ laueť locꝰ cū aceto ⁊ aq̄ decoctōis ficuū sic/
caꝝ pinguiū ⁊ salis nitri: aut cū aq̄ pluuiali decoctōis lu/
pinoꝝ vsq̄ȝ ad eoꝝ dissolutōeȝ: ⁊ hec est lotio bona q̄ fre/
quēteť. post lotionem vo de nocte teneať super loco hꝯ
emplastrū. ℞. salis nitri nigelle. añ. ℥. i. medulle ficuum

siccaꝝ pinguiuz.ʒ.iiij.pistenť optime simul in mortario ꝛ addať aceti q̄ztū sufficit:pistādo simul ad faciēdum in formā vnguēti:ꝛ cū isto inungať de nocte ꝛ abluať in die nisi in die vellet stare in domo quousq̧ pustule eradicē-tur. ¶ Et q̄ꝛ cura catarri:precipue frigidi est satis nota ꝛ p̄ter purgatōes dictas supius iuuať cū masticatoriis gargarismis ꝛ caputpurgiis deponētibꝰ flegma:ꝛ cū sacculis cōfortātibꝰ cerebrū nō multū calefaciētibꝰ:sed exiccāti-bus in hac re nō multū me extēdo. ¶ Silr̄ ēt de locali-bus apponēdis sup illo sephyros nō curo: q̄ꝛ res nota ē. Et pro nūc huic cōsilio finez facio.Amē.

¶ De dolore sciatico. Consiliuz. XCIIII.

H

Ic iuuenis Brixiensis egrotat egritudie forti ꝛ difficilis curatōis:eo q̄ꝛ chronica est ꝛ mltū fixa:ꝛ iterū q̄ꝛ est egritudo ei dispropoꝛtōalis rōne etatī ꝛ cōplexionis q̄ est sanguinea ꝛ cholica a generatiōe extitit.Que egritudo siue accidēs appellare libet est sciatica ꝓueniēs a mala cōplexione frida ꝛ hūida ptiū anche ꝛ scie cū multa repletōe a mā flatica grossa ꝛ viscosa ptibꝰ p̄dictis īmersa: que qdē si absq̧ debita curatiōe ptrāsibit pducet ip̄z ad açehema:ꝛ est p̄uatio motus ꝓgressiui.zz.tertij.caº de causis doloꝝ iuncturaruz. ¶ In cuiꝰ qdē dispōnis regimie vti oꝫ mēsura reruz nō nāliuz oino:ꝛ ꝓp̄e sicut inscribiť in nobili viro Thadeo de Haido:qd̄ qdez regimē hic accōmodari oꝫ.

Pro regimine v̄o medicinaliū intētionū q̄z citiꝰ pōt ad curā ꝓcedat hoc mō. ¶ Prio qdē añ.xxv.diē istātis mēsis flobothomeť de sciatica sani pedis q̄ posita est in domestica pte pedis v̄sus calcaneū:ꝛ extrahanť sanguis.ʒ.v.vel.vi.s̄m tenorem v̄tutis a sapiēte viro libratū. ¶ Post flōmiā v̄o sequēti die euacueť cū istis pillˀis sup qbus nō comedat nisi post sex horas accipiēdo cyatū vnū aque çucchari p horā añ cibū.sunt autē pillˀe hec. ℞.pillˀaꝝ de sarcocolla maioꝝ ʒ.ß.pillˀaꝝ de hermodactylis.℈.ij. fiant pillule.vij.cum elˀio de succo rosaꝝ. ¶ Facta purgatōe sequēti die incipiat assumere hoc digestiuū calidū in aurora: ꝛ cōtinuet ipsum per vnā totā septimanā. ℞.sy. de calamēto.ʒ.i.ß. aque iris.ʒ.iij.misce. ¶ Sūpto syrupo purgeť iteꝝ cuz ista medicina. ℞.diaturbith cum reubarbaro.ʒ.v.boni ponderis:aut cuz istis pillˀis. ℞.pillˀaꝝ de sarcocolla.℈.iiij.fiant pillˀe.ix. ꝛ accipiātur vt supra ꝛ obseruenť post eas oia que de dictis pillˀis dicta sunt. ¶ Facta euacuatione eradicatiua superponať eidē hoc cerotū sup scia:ꝛ porteť vsquequo ibidē eruptionē faciat p quā ꝯueniēter cōsumātur mãe in pixide anche ꝛ ptibꝰ vicinis īmerse. Est aūt cerotū hoc. ℞.euphorbij.ʒ.i.calamēti cōbusti.ʒ.ij.auripigmēti calcis viue.añ.ʒ.iiij. incorporenť oia cuz sapone nigro ꝛ diaquilone ꝛ apponať vt supra. Cuz aūt eruptio facta fuerit per vnū mensez cureť cuz vnguento egyptiaco.Si autē mordicationē ex ipso pciperet cōmisceatur vnguentuz egyptiacū cum vnguento basilicone ante:ꝛ curetur vt supra. ¶ Consulo etiā q̄ꝫ diebus intermediis purgationū: ꝛ semp post illos vtať istis pillulis: de qbus accipiat.i.vel.ij.paꝝ ante cenā ad ꝯseruandam ventris lubricitatē ꝛ efficiēdaz ꝯsumptionē reliquie materieruz.sunt aūt pillule iste. ℞.aloes epatici.ʒ.ij.masticis croci.añ.℈.ß.diagridij.gra.vij.infundantur in succo ireos ꝛ exponātur soli vsq̧ ad ꝯsumptionē succi. deinde formenť ex eo pillule:ꝛ accipiātur vt supra. ¶ Si autez dolor extenderet per coxam ꝛ tibiam ꝛ per anchas ꝛ si molestus esset vnguātur ptes predicte oi die bis ex istis oleis. ℞.olei de piretro olei de croco.añ.ʒ.i. olei vulpini ʒ.ij.croci.℈.ß.misce omnia:ꝛ fiat ex eis: sicut dictuz est. Et ista puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De dolore ꝛ tumore genuū. Cōsiliuz. XCV

I

Ste magnificus Dn̄s passus est a qnque annis citra dolores ꝛ tumores in genibꝰ: ita tn̄ q̄ꝫ in aliis iūcturis nō est passus:ꝛ sūt tumores ptiz gipsei: ptiz mixti ex flˀate ꝛ vētositate:q̄si spōgiosi.Et nerui ꝛ chorde sub genu existētes sūt grossiores ꝛ duriores debito:ꝛ cū h̄ nō sunt tā obediētes flexioni:sic̄ oꝫ:ꝛ qn̄q̧ exacerbāť isti dolores:ꝛ fit tumor magnꝰ: sed nūq̄z redeūt oio ad sanitatē:in sinistro tn̄ melius hꝫ:ꝛ est iuuenis mediocris habitudīs potiꝰ ad flˀaticuz q̄z ad aliā cōplexionē:paꝝ tn̄ declinis : ꝛ lꝫ pro nūc satis mediocriter s̄m casuz trāseat : tn̄ dabo ꝯsiliū pro cura eiꝰ qd̄ est si possibilis fuerit.ꝛ pro p̄seruatōe a d̄teriori. ¶ Altissimū aūt iuoco datorē auxilij ꝛ sanitatis:q̄ꝛ ipse solus est:q sanat langores ꝛ incipiā a regimie reꝝ nō nāliuz qd̄ ꝯstat oportere declinare ad calidum ꝛ siccū parūper.

¶ Primo ergo oꝫ habitare loca ꝛ regiones siccas nō vallosas nō stagnales:nec tn̄ nimiū altas: ꝛ per hec vētosas ꝛ frigidas:ꝛ oꝫ cauere a vētis oibus ꝛ a nimio excessu in calore ꝛ frigore:ꝛ maxime tamē a frigore : ꝛ cameraz oꝫ hr̄e inter duo solaria apertā versus oriens:ꝛ oꝫ pmittere in mane radios solis itrare per horā:qm̄ sol est qui rectificat aerē. ¶ Et oꝫ cauere ne habeat malos vapores latrinaꝝ vl̄ alioꝝ locoꝝ humidoꝝ ꝛ putridoꝝ:ꝛ in hyeme tempereť cum igne de lignis siccis nō putridis: in estate aūt debet eam euentare :ꝛ cuz valde excessiui calores oꝫ ponere herbas ꝛ ramos frigidos.

¶ In exercitio aūt oꝫ eū caute ꝓcedere.nā nullo mō ꝯuenit ei oimoda qes:sꝫ exercitiū in quo fatigeť ꝛ doleat est oio vitādū. ¶ Et q̄ꝛ res ꝯsuete minꝰ molestāt oꝫ ip̄z paulatiz assuefieri ad ambulādū satis:ꝛ p̄cipue qn̄ nō dolet: ꝛ silr̄ ad equitādū:sꝫ vt dixi paulatim p̄mo faciēdo modicum exercitiū.deinde paꝝ plus ꝛ paulatiz addat in eo quousq̧ veniat ad exercitia sanoꝝ. nā eiꝰ facultatis est: vt qn̄q̧ sit ei necessariuz trāscēdere exercitia moderata ꝛ facere fortissima:sꝫ tn̄ nisi cogat nec̄itas non faciat cuz dolore:sꝫ illū vitet q̄ztū pōt:ꝛ qn̄ dolet nimis pōt facere se deferri:aut in curriculo:aut i nauicula:aut alio mō nō doloroso:ꝛ vitet ociū ꝛ nimiā qetē. ¶ Et ꝯueniētior hora exercitij ē in mane ieiuno stōcho : aut cū digessit cibū de sero añ cenā:ꝛ manꝰ ꝛ supiores ptes:sūt ēt fortiꝰ exercende malleādo vl̄ iaculādo vel icidēdo aliqd:ꝛ nitať si pōt q̄ꝫ h̄ sit post vētris bn̄ficiuz. ¶ Et fricare fortiter loca dolorosa nocet.fricatio aūt leuis iuuat.

